

* 3. de ani-
ma c. 14.

Philosophus
1. Post. t. 33.
3. de anima. t.
com. 30. 39.
1. Met. c. 2.

3 de anima
t. c. 17. 18.

Tom. 3.

Anima duo-
bus modis
perficitur.

Verū, quod
potest co-
gnosci na-
turaliter.

ria ad entia. Et sicut materia est potentia pura in genere entium, sic intellectus noster est potentia pura non simpliciter, sed in genere intelligibilem. Propter quod est omnia fieri quantum ad intelligibilia, & in sui primordio est sicut * tabula rasa, in qua nihil est pictum, & quia intellectus noster est medius inter intelligibilia, & sensibilia attingens immediatè utraque: ideo utroque modo habet perfici: Aliter tamen, & aliter. quia per sensibilia est aptus, natus perfici naturaliter. Nam cum anima intellectiva per suā essentiam, & naturam, sit forma corporis: cum corpus sit propter animam, non econverso: datum est ei corpus, & dati sunt ei sensus corporales, ut perficiatur per illos etiam quantum ad intellectum. Et ideo ait Philosophus, quod nihil est in intellectu, quod prius non fuerit in sensu. Est ergo sensus prima causa ipsius intellectus, ut nihil veniat ad intellectum nisi transeat per sensum, quod declarat tam intellectus agens, quàm intellectus possibilis. Intellectus enim agens, qui est omnia facere, comparatur ad phantasmata, sicut lux ad colores: cum colores nullo modo sint visibiles, nisi per lucem. Sed si lux illa, per quam intelligit intellectus noster omnia intelligibilia, cuius est intellectus agens, qui est omnia facere: primo irradiat super phantasmata, quæ sunt accepta a sensibus, & ipsa secundum se sunt sensibilia, naturaliter nihil poterimus cognoscere, nisi prout habet ortum a sensibus. Erit ergo nostra cognitio naturalis, quod sensibilia naturaliter immutabunt sensus, & sensibus immutatis fient in nobis phantasmata sensibilia, quæ illustrata per lumen intellectus agentis immutabunt intellectum possibilem. patet ergo ex parte ipsius luminis intellectus agentis, quod nihil cognoscimus naturaliter, nisi, ut habet ortum a sensibus.

Hoc, etiam idem patet ex parte intellectus possibilis. Nam intellectus possibilis non est omnia fieri naturaliter, nisi prout intellectus agens est omnia facere. Nam suum lumen naturale, in quo videt omnia alia, est intellectus agens. Et ideo vult Augustinus in lib. de Trinit. 12. Quod anima nostra omnia videt, id est, omnia intelligit in quadam luce sui generis, id est, in quadam luce intellectuali. Huiusmodi autem lux potest vocari intellectus agens. Cum ergo intellectus agens, ut dictum est, primò irradiet super phantasmata, nihil possumus cognoscere naturaliter, nisi prout habet ortum a phantasmatibus, & sensibus. Verum quia, ut diximus, anima nostra est media inter sensibilia, & substantias separatas, utroque modo habet perfici per lumen suum naturale, quod abstrahit a phantasmatibus, & ista est sua cognitio naturalis, & per lumen fidei, & gratiæ, per quod fit sibi revelatio a Deo, & a substantijs separatis.

Cum ergo quæritur utrum possumus cognoscere aliquod verum sine gratia. Dicitur potest, quod verum, quod potest cognosci in lumine nostro naturali, quod est lumen intellectus agentis possumus cognoscere naturaliter, & ad hoc

A cognoscendum indigemus Deo, prout operatur in operibus naturæ: quia, ut supra diximus, per Augustinum, extincta esset operatio naturæ: si Deus subtraheret suam latentem operationem. Operatur enim Deus in omnibus operibus naturæ non solum naturam conservando in esse, sed etiam ipsa opera naturæ operando. non, quod res sint destitutæ proprijs operationibus. Erit enim una, & eadem operatio a Deo, & a natura: sed a Deo principaliter, a natura instrumentaliter: sicut vnum, & idem opus artis erit ab artifice, & a dolabra. Ut enim hic natura inferior comparatur ad corpus supercelestes est organum eius, ut patet ex 2. de Generatione. Ita, quod ignis non posset

B aliquid facere nec generare ignem, nisi, ut est organum cæli, nec posset hoc sine influentia cæli. propter quod omnia, quæ hic inferius aguntur naturaliter, reducit Philosophus in corpora supercelestia, dicens, quod Sol, & homo generant hominem. Et si hæc corpora inferiora nihil agunt nisi, ut sunt organa cæli: multò magis omnia ista inferiora, & omnia supercelestia, & omnes naturæ creatæ nihil agunt nisi, ut sunt organa Dei. Res ergo naturales non sunt destitutæ suis proprijs operationibus, sed agunt illas operationes, ut sunt organa Dei. Sicut ergo, si principale agens subtraheret suam operationem ab organo, nihil ageret organum, & esset extincta operatio organi: ita si Deus subtraheret suam occultam operationem a natura, esset extincta operatio naturæ. Sic ergo dicendum est de vero, quod possumus cognoscere naturaliter, ad quod sufficit lumen intellectus agentis. Si ergo possumus illuminari a Deo, & a substantijs separatis ultra illud lumen, quod est nobis inditum naturaliter: oportet, quod hoc sit per gratiam etiam propriè sumptam. quia gratia propriè sumpta potest dici omne illud, quod est superadditum naturæ, siue sit gratia gratum faciens, siue gratia gratis data: patet ergo, in quam cognitionem veri possumus per naturam, & in quam per gratiam. Aduertendum ergo, quod, ut supra aliquantulum est, Gratia potest sumi largè, & sic etiam ipsa natura dicitur gratia. Et potest sumi propriè, & tunc quicquid superadditur naturalibus potest dici gratia: potest etiam sumi magis propriè, & sic gratia gratum faciens dicitur gratia.

D Aduertendum etiam, quod multa possumus, quantum ad rem, adipisci per naturam, quæ quantum ad modum adipiscendi sunt in nobis per gratiam. nam ipsa genera linguarum possumus adipisci per naturam: modus tamen adipiscendi in primitiva Ecclesia erat per gratiam. Nam, quod quis hodie loquatur unam linguam, quam heri ignorabat, hoc est impossibile per naturam. Potuisset ergo aliquis illam linguam didicisse per naturam, sed apposuisset ibi multum de tempore: & fortè oportuisset, quod iuuenis didicisset eam, quia non est congruè, quod

T. 654. 55.

Grā tribus
modis sumi
tur.

quod adultus , & diu uisitatus in vna lingua perfectè applicet eam ad unam extraneam: Propter quod res potest haberi naturaliter, quæ quantum ad modum habendi necessaria erit gratia.

Rursus ipsi etiam Philosophi, in quibus bene dixerunt, credibile est in multis, quod hoc fuerit ex gratia, & quod Deus eis reuelauit non tantum propter bonum eorum, sed etiã propter bonum Ecclesię, & propter bonum fidelium. Multa enim dixerunt, quæ sunt Ecclesię utilia. Propter quod cum baculo eorum percussimus eos, & in aliquibus cum dictis eorum conuincimus ipsos. * Vel possumus dicere de Philosophis, qui fuerunt in lege Naturę, quod poterant saluari in illa lege, etiam existente lege Moyse, quod illa lex non fuit data omni populo, sed non possent modo saluari, existente lege Christi, data omni populo, per quam legem dicitur: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui non crediderit, condemnabitur. Si ergo poterant saluari Philosophi in lege naturę: credibile est, q̃ multa habuerint per reuelationem. Etiam nunc ubi non est salus, nisi sub lege Euangelica: credibile est, q̃ etiã non existentibus sub tali lege multa reuelantur propter bonum aliorum: & conuenit eis, sicut de candelâ, quę illuminat alios, & se comburit. Etiam illa eadem, quę possumus cognoscere per naturam: credibile est, quod, quantum ad modũ cognoscendi, cognoscamus illa per gratiam, Deo operante in nobis, vel propter nostrum, vel propter bonum Ecclesię.

* Hic doctor Philosophos in lege Naturę saluari potuisse ait: Idem Dist. 21. q. 1. art. 2. Nec tamen D. P. Augustinus refutatur, qui lib. De Natura, & gratia c. 2. asseruerat iustitiã esse non posse, nec per Legem, nec per Naturã, sed per fidem & sacramentum sanguinis Christi. Id. n. hoc in loco uidetur explicari, & dist. 26. q. 2. at. 4. innuit. Socrates igitur vitę sanctitate insignis in lege Naturę saluari poterat per Mediatoris fidem, declaratam ei fortasse per reuelationem, sicut alia quedam sunt Philosophis reuelata: ex. 1. ad Rom. aut per traditionem, aut per lectionem sacrę scripturę, cuiusmodi fuit eius Discipulus Plato, qui lib. Genesios lectissimè perhibetur, & Scripturam sacram suis in scriptis uidetur inseruisse, ut placet. D. P. Augustinus. & ab Eusebio lib. 1. de preparatione Euangelica c. 6. Moyses Atticissimus nunc cupiatur. Hinc opinio hæc non est spernenda, cū Circuncisio ex Gen. 17. Hebręis tantum data fuerit Huic uidetur fauere D. Paulus ad Rom. 3. dicens: An Iudeorũ Deus tantũ immo, & gentiũ, quæ ex 1. c. ad Rom. legẽ non habentes, naturales, quę legis sunt, faciunt. Hanc opinionem, siue sententiam optimè tuetur M. Spiritus Vicentinus S. Theologię Doctor, Orator, Platonice doctrinam callens, & nunc vniuersę familię Augustinianę Procurator. Vide D. P. Aug. lib. 7. Confess. c. 9. Et 3. contra Academicos 20. & lib. 2. de Ciuitate. Et ibi Lud. Viuei. Vide Augustinũ Steuchum de perenni Philosophia. Et vide in supplemento Chronicorũ mira quedam de Platone consistente Christum nasciturum ex Virgine, passurum pro genere humano, & resurrecturum.

Nemo potest dicere: D. 1. c. 2. &c.

Veritas semper a Spiritu sancto est. Idem in prologo, & alibi.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendum, q̃ Ambro. videtur loqui de vero, quod est proficuum ad salutem, cuius est cognoscere Iesum verum dominum. Vel possumus dicere, quod nulum verũ dicimus, nisi hoc sit à Spiritu sancto, idest, à Deo saltem, ut operatur in operibus naturę, sine cuius operatione extincta esset operatio naturę: vel hoc est à Spiritu sancto, cui potest appropriari veritas, cum dicatur spiritus veritatis.

Vel quia gratia potest sumi generaliter, quia ipsa natura est nobis gratis data: omne verũ potest dici à Spiritu sancto, à quo appropriatè nobis donata sunt omnia, & qui est primum donũ, in quo dantur omnia, siue naturalia, siue alia. Nã omnia etiam naturalia proueniũt nobis ab amore Dei. Nam Dio. 4. de di. no. loquens de ipsa productione rerum naturalium dicit, quod amor, qui est in Deo, non permisit ipsum esse sine germine.

Ad secundum dicendum, quod Philosophos

A habuisse per reuelationem vera, quæ dixerunt, tripliciter possumus ostendere.

Primo ex lumine intellectus agentis per hoc quod præcedit in tex. Quod notum est Dei manifestum est in illis, quod potest exponi de intellectu agente, quia in illis, idest, in ipsis Philosophis indidit Deus lumen intellectus agentis, tantum lumen naturale, in quo multa, quæ nota sunt de Deo, poterant esse nota in illo lumine, quod inditum erat in illis.

Quod notũ est Dei, &c.

Alio modo potest exponi de ipsis operationibus diuinis, ut dicatur Deus reuelasse Philosophis multa, quæ nota sunt de Deo, quia produxit creaturas suas, & fecit opera sua, per quæ poterant deuenire in cognitionem Dei.

B Tertio modo potest exponi de illa reuelatione Dei. Credibile enim est, quod multa, quæ potest homo cognoscere naturaliter: ex diuina inspiratione cognoscit. Quod quilibet in seipso experiri potest. Nam sicut multoties aliqui sanati sunt virtute diuina, quam sanitatem potuissent consequi ex natura, sed non in tam modico tempore: videlicet aliquam ueritatem, quam alias in multo tempore uidere non potuit. quod quando contingit, debemus hoc referre in Deum, & debemus piẽ credere, quod Deus tunc mouet intellectum nostrum ad intelligendam ueritatem illam.

Ad tertium dicendum, quod Dei Filius illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: sed hoc referendum est ad ea, quæ sunt fidei, & ad ea, quæ sunt gratiæ, secundum quam dat nobis potestatem, filios Dei fieri: prout in eodem Euangelio scribitur.

Filius Dei quõ illuminet omnem hominem.

C Vel si volumus hoc referre ad ea, quæ sunt naturæ; Dicemus certum esse, quod nec illuminari, nec aliquam ueritatem cognoscere sine influencia Dei, & sine operatione Dei possumus. quia, ut supra diximus per August. extincta esset operatio naturæ, si Deus subtraheret latentem operationem suam.

Ad quartum dicendum, quod nisi esset natura primi luminis, nihil posset illuminari. sed hoc non arguit, nisi, quod primum lumen, quod est Deus: operatur in omnibus illuminationibus, etiam naturalibus. quia non possunt aliquid agentia secunda sine virtute agentis primi, quod mouet omnia agentia secunda ad suas operationes, siue operationes illæ sint naturales, sicut mo-

D

uentur grauiã, & leuiã: siue sint vegetabiles, sicut agunt plantę: siue sint sensibiles, sicut agunt animalia: siue sint intellectuales, secundum quẽ mo agunt intellectualia, & rationalia.

ARTIC. II.

*An homo sine gratia, vel sine Dei
auxilio aliquod bonum face
re possit.*

Conclusio est negatiua.

Aegid. 2. Quol. q. 3. D. Th. 1. 2. q. 109. art. 2. Et 2. sent. d. 28.
art. 1. Item de Ver. q. 24. art. 1. ad arg. Greg. Arim.
d. 27. q. 1. Dur. d. 28. q. 2. Capr. d. 28. q. 2.
D. Bon. d. 28. art. 2. q. 3.



JOHN. 15.

D secundum sic proceditur: Vi
detur, quod sine gratia, vel sine
diuino auxilio nō possumus ali
quod bonum facere, vel velle.
Nam vt ait Dominus Io. Sine
me nihil potestis facere: ergo nisi
Christus habitet in nobis: non possumus aliquod
bonum facere, sed non habitat in nobis, nisi per
gratiam: ergo &c.

Præterea nostrum velle, & nostrum operari
2. Cor. 3. præcedit cognitio, vel cogitatio. Sed 2. ad Cor.
dicitur: Non quod sufficientes simus cogitare ali
quid à nobis, quasi ex nobis: ergo &c.

Præterea homo non est, nec iustus, nec bonus
sine gratia. sed cum non possumus aliqua bona,
& iusta facere, nisi simus boni, & iusti: ergo &c.

Præterea nihil agit ultra suam perfectionem.
Sed facere opera bona, & opera virtuosa est ultra
perfectionem, & ultra nostram naturam, cum ta
lia computentur inter bona maxima: naturalia
verò computentur inter bona media, vel etiam
inter infima: ergo &c.

IN CONTRARIUM est Dam. lib. 2. c. 30. qui
vult, quod virtus sit secundum naturam: vitium
contra naturam. & quia in ea, quæ sunt secundū
naturam, possumus ex sola natura sine alia gra
tia, vel auxilio. Poterimus ergo facere opera bo
na, & virtuosa sine alia gratia, vel auxilio.

Præterea nō fierent nobis monitiones, q̄ esse
mus boni, & operaremur bona, si per naturam
non possemus in huiusmodi opera: ergo &c.

R E S O L V T I O.

*Absque Dei auxilio, nec ea, quæ sunt naturæ: nec
quæ sunt gratiæ Homo absque gratia
facere potest.*

R E S P O N D E O dicendum, quod hæc quæ
stio videtur esse generalis, in quantum quærit de
diuino auxilio: & specialis in quantum de gratia.

Embrio 2. d.
Gene. anim.
c. 3. Vide su
pra nostrū
scho lium
d. 13. q. 2. ar
tic 2.

Dicemus ergo, quod si aliquid præsupponit
aliud: oportet, q̄ in se habeat omnia, quæ requirū
tur ad illud vt si homo primo viuit vita plātē: po
stea viuit uita animalis: tertio vita hominis: opor
tet, q̄ in se habeat ea, quæ sunt plantæ, quæ sunt
animalis, & quæ sunt hominis. & quia plantæ ha
bent uirtutem nutritiuam, generatiuā, & augmē

A tatiuam: oportet, quod, & has uirtutes habeat ho
mo, & quia animalia habent uirtutes, & potentias
sensitiuas: quas non habent plantæ: oportet, q̄ &
hec habeat homo. Et ultra omnia hæc habet ho
mo, quæ sunt hominis: uidelicet intellectum, &
rōnem. Et sicut uita hominis præsupponit uitam
animalis, vel uita animalis præsupponit uitā plan
tæ, sic ea, quæ sunt gratiæ præsupponunt ea, quæ
sunt naturæ: cum non, nisi in natura gra
tia fundari possit. Omnia ergo ea, quæ requirun
tur ad ea, quæ sunt naturæ: requiruntur ad ea,
quæ sunt gratiæ, nihilominus gratia habet de
se aliqua propria præter ea, quæ sunt naturæ.
Deus autem comparatur ad naturalia, vt eorum
Conditor, & eorum Conseruator, & vt eorum

Gratia præ
supponit na
turam.

B Operator. Deus enim dat rebus naturalib⁹ esse:
conseruat ea in esse, & mouet uirtutes naturales
ad operandum, dat enim Deus rebus naturalibus
esse. quia est prima causa dans omnibus esse: &
non solum dat rebus naturalibus esse, sed etiam
conseruat ea in esse. Propter quod August. super
Gen. vult, quod Deus non dimiserit opera sua,
sed ita continue operetur, vt nec natura rerum,
nec ipsorum Angelorum natura subsistat sine
ipso. Est ergo Deus non solum naturarum Con
ditor, sed etiam conseruator, cum ipsa natura
Angelorum non possit sine ipso subsistere, nec
conseruare in esse. Est enim Deus tertio opera
tor omnium operum naturalium. quia, ut dixi
mus, extincta esset operatio naturæ, si Deus sub
traheret operationem suam. Omnia. n. opera no
stra, & naturæ operatur Dominus. nā, vt supra te
tigimus, oēs naturæ, & oēs creaturæ comparant⁹ ad
Deū, sicut organa, sicut ergo quicquid facit orga
nū, vt organū est, facit artifex, quia terra nō secar,
nisi mota ab artifice: Propter quod opus ferrē ma
gis est opus artificis, quā ferrē, sic omnia opera
naturæ magis sunt opera Dei, quā naturæ. Si
cut ergo terra, vt est organum, non est destituta
operatione sua, sed non potest in operationem il
lam, nisi mota ab artifice. Propter quod opus il
lud magis est artificis, quā ferrē. sic natura non
est destituta operatione sua, sed nō potest in ope
ratione, nisi mota a Deo: propter quod operatio
naturæ magis est Dei, quā naturæ. In hac autē
sententiam incidit Philosophus in 2. de genera
tione volens, quod hæc inferiora respectu corpo
ris celestis, sin⁹ minus, quā organa, vel deterius,
quā organa: volens, quod si non potest orga
num exire in opus suum sine artifice, multomi
nus possunt hæc inferiora sine motu cæli. & si
tantum dat Philosophus cælo respectu istorum
inferiorum: multo magis debemus dare Deo re
spectu omnium naturarum.

Operatio na
turæ magis
est Dei, q̄
naturæ.

2. de Gent
c. 54. 55.

Cum ergo quæritur. Vtrum sine gratia, uel si
ne diuino auxilio possumus aliquod bonum face
re, vel velle. Si uolumus extendere nomen gra
tiæ: prout quicquid gratis datur, est gratia. secun
dum quem modum omnia sunt gratia, quia om
nia sunt à Deo nobis data: patet, q̄ sine gratia, &
sine diuino auxilio non possumus in aliquod
bonum: nec aliqua creatura potest, cum Deus
moueat

Articuli de
claratio.

moueat omnes naturas, & omnes creaturas ad operationes suas: & omnes naturæ, & omnes creaturæ respectu Dei sint organa, & minus, quàm organa.

Sed si volumus loqui de gratia non, vt includit naturam: sed, vt est superaddita naturæ, quia gratia sic accepta præsupponit naturam: operatio gratiæ sic accepta præsupponit operationem naturæ, extincta enim esset operatio gratiæ, & esset extincta operatio naturæ, si subtracta esset operatio Dei: ergo sine diuino auxilio non possumus nec in ea, quæ sunt gratiæ, nec in ea, quæ sunt naturæ.

D V B. I. L A T E R A L I S.

An homo per naturalia bonum velle, seu facere possit.

Conclusio est problematica ob varios sensus.

Hoc de natura integra affirmatur, & in fine naturali, non supernaturali: Supposito diuino auxilio. Post lapsum sine gratia opera meritoria, aut ea, per quæ acquiruntur aliqua supra naturam, facere non potest homo. Potest tamen sine gratia in aliqua naturæ opera exire, sed non sufficienter. Natura enim post lapsum est infirma.

NATURALIS fortè dubitaret aliquis quantum ad secundam partem quæstionis. Vtrum præsupposita natura, & præsupposita operatione diuina in operibus naturæ possumus per ipsa naturalia bonum velle, vel facere sine gratia.

Dicendum quod aliter loquendum est de natura instituta, & de natura corrupta: & aliter loquendum est de his, quæ sunt gratiæ: & aliter de his, quæ sunt naturæ: Omnia enim opera fiunt propter aliquem finem. Cum ergo duplex sit finis: naturalis, & supra naturam: opera ordinata ad finem naturalem, videtur posse ipsa natura, & maxime si sit integra, & non habeat contrarium. Nam natura infirma non potest sufficienter etiam in ipsa opera naturæ, quia infirmus non potest sufficienter facere opera sani. Dupliciter ergo post peccatum Adæ indigemus gratia. Nam cum nostra natura sit lapsa, & habeat se ad naturam institutam, sicut infirmus ad sanum: indigemus gratia, vt possumus facere opera naturæ, & consequi finem naturalem, & indigemus ea, vt possumus facere opera meritoria, & consequi finem supernaturalem.

Cum ergo queritur: vtrum per ipsa naturalia possumus bonum facere, vel velle; Si illud bonum non excedit naturam, & non sit natura infirma, sed sit, vt fuit instituta: cuiusmodi erat in Adam, supposito auxilio diuino, vt operatur in omni opere naturæ: possemus per ipsa naturalia, vt habuerunt esse in statu innocentie, facere, & velle bona, quæ sunt secundum naturam: sed in statu naturæ lapsæ, (cum cõparemur ad opera naturalia, sicut infirmus comparatur ad opera sani) sicut infirmus non potest facere sufficienter opera sani, sic & nos non possumus etiam opera naturalia sufficienter facere. Meritorie ergo loquendo cuiusmodi

Homo quomodo possit opera in statu naturæ lapsæ.

Meritoria &

Adi sunt opera ordinata ad bonum supra naturam: nullo modo possumus hoc sine gratia: immo opera et, per quæ acquiritur bonum secundum naturam. Et si possumus facere post lapsum aliqua opera: non possumus omnia, nec ea facere sufficienter. Nam homines existentes in peccato mortali cõpatiuntur pauperibus, & faciunt aliqua opera pertinentia ad liberalitatem. Sed huiusmodi opera non sunt meritoria sine gratia, nec et sumus sufficientes ad faciendum omnia, quæ sunt finem naturam, vel ad faciendum omnia, quæ sunt secundum rationem: quis nos simus naturæ rationalis, est nihilominus aliud in nobis considerandum, quia non solum habemus naturam infirmam, quia nascimur in peccato originali, sed etiam habemus naturam contrariam, quia habemus aliam legem in membris nostris repugnantem legi mentis nostræ.

B Ex quo oritur dubium non solum in nobis, sed etiam in Adam: vtrum per sola naturalia, si non habuisset superadditam originalem iustitiam, potuisset omnia facere finem rationem: & potuisset se cõseruare in bono. de quo habemus manifeste ab Augustino, vt supra diximus in li. de vera innocentia, quod natura humana, et si in illa integritate, in qua est cõdita, permaneret: nullo modo seipsam, Creatore suo non adiuuante, seruaret. Volunt tamen aliqui hoc referre, prout Deus operatur in operibus naturæ, sed mens est Aug. quod natura integra sine alio bono superaddito naturæ, quod August. appellat auxilium Creatoris: non potuisset se Adam sine peccato seruare. Non ergo sufficiebat Adæ natura integra, id est, innocens sine auxilio originalis iustitiæ ad præseruandum se à peccato: sed de auxilio, quo indigebat Adam, in sequenti Dist. tractabitur: ad præsens autem in tantum dictum sit, quod loquendo de auxilio Dei generaliter, prout sine eius auxilio, & ipsa natura: non potest exire in opus; sic sine diuino auxilio non possumus exire in opera naturæ, nec etiam in opera gratiæ, cum gratia præsupponat naturam.

Sed si loquamur de diuino auxilio: non possumus in aliquod opus meritorium, ad quod non sufficit auxilium gratiæ gratis datæ.

Sed si volumus exire in aliquod opus meritorium: oportet nos habere auxilium gratiæ gratuitæ facientis.

D Possumus tamen sine gratia exire in aliqua opera naturæ aliquatenus: non tamen omnino sufficienter, quia, vt dictum est, natura post peccatum Adæ effecta est lapsa, & infirma. Sicut ergo infirmus non potest in omnia opera sani, & huiusmodi opera non potest facere omnino sufficienter, quia homo per peccatum expoliatur gratuitis, & vulneratur in naturalibus, & redditur inhabilis ad ipsa bona naturæ: Incurrit enim, homo per peccatum cecitatem in intellectu, vt iudicet falsa pro veris, & difficultatem in affectu, vt difficile sit ei exire in bona opera. Iuxta illud August. 3. de libero arbitrio: Sunt reuera omni peccanti animæ duo ista pœnalia: ignorantia, & difficultas: Ex ignorantia de honestat error; ex

Aegid. Superij. Sent. Hh 2 dif.

Opera facta in peccato mortali.

Meritoria sine gratia.

Liber de vera innocentia, qui com. 3 in fine continetur, sententiarum titulo de benedictionibus Iacob Patriarchæ.

Homo sine gratia non potest exire in aliqua opera naturæ, omnino sufficienter.

Tomo 3.

difficultate cruciatus affligit. Et subdit, quod approbare falsa pro veris, ut erret inuitus, & non posse se a libidinosis operibus temperare, non est natura instituti hominis, sed poena damnati. quia ergo ex peccato ipsa natura vulneratur, & infirmatur, ut in iudicando erret, & in nolendo bonum etiam secundum naturam difficulter assurgat sine gratia, per quam sanamur à præfatis infirmitatibus, & vulneribus, nec etiam omnia bona naturæ potest, nec sufficienter in illa potest.

RESP. AD ARG. ART. II.

Ad primum dicendum, quod sine Deo nihil possumus facere. quia nec etiā opera naturæ possumus agere, sine illo: vel hoc, quod dictum est, quod sine Deo nihil possumus facere, referendū est ad opera meritoria, & ad ea, quæ sunt gratiæ, ad quæ agenda specialiter indigemus diuino auxilio.

Ad secundum cum dicitur, quod non sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Dicendum est, quod veritatem habet tam in his, quæ sunt naturæ, quam in his, quæ sunt gratiæ. Nam cum natura sit infirma, & non possit sanari, nisi per gratiā, cum infirmus non possit sufficienter facere opera sanis: nec ad opera meritoria ordinata ad finem naturalem, ad quæ ordinantur uirtutes acquisitæ, nec ad opera meritoria ordinata ad finem supernaturalem sumus sufficientes sine gratia: aliter tamē, & aliter. quia ad bona opera secundum naturam possumus aliquantulum sine gratia, ad opera verò meritoria nullo modo, quia non possumus mereri apud Deum, nisi per opera, quæ sunt sibi grata, quod sine gratia esse non potest.

Iustitia acquisita ab infusa quod differtur.

Ad tertium dicendum, quod nisi simus iusti, & boni non possumus facere opera iusta, & bona: non est verum de iustitia, & bonitate acquisita. Nam in tali bonitate, & iustitia: non quia boni, & iusti sumus: ideo bona, & iusta opera facimus, sed econuerso, cum talis bonitas, & iustitia ex operibus acquiritur. Loquendo, n. de tali bonitate, & iustitia, antequam simus iusti, & boni, facimus opera iustorum, & bonorum, sed non facimus ea eo modo, quo iusti, & boni faciunt. quia iusti, & boni habentibus iam habitum bonitatis, & iustitiæ acquirunt, est facile, & delectabile bene facere: sed non habentibus huiusmodi habitum est difficile, & indelectabile, sed per assuefactionem ad talia opera acquiruntur in nobis habitus boni, per quos ante assuefactionem, quæ nobis erant indelectabilia, & difficilia, post assuefactionem, & post habitus acquisitos fiunt delectabilia, & facilia.

Sic ergo loquendum est de habitibus acquisitis: sed de habitibus infusis, per quos agimus opera meritoria, est econuerso. Nam prius habemus huiusmodi habitus, vel huiusmodi perfectiones, & potissime perfectionem gratiæ, quam agamus opera meritoria. Ideo prius sumus boni tali bonitate, quam opera bona, id est, meritoria faciamus.

Argumentum ergo arguit, quod non possumus

A mus facere aliqua opera meritoria, nisi simus boni, & iusti per gratiam: sed non arguit, quod non possumus facere bona opera secundum naturam ante bonos habitus acquisitos, cum ex bonis operibus generentur tales boni habitus.

Ad quartum dicendum, quod loquendo de virtutibus acquisitis, opera ante habitum agunt ultra suam speciem, uel uirtutem, quia per opera imperfecta adgenerantur habitus per quos fiunt opera perfecta. sed hoc est in uirtute alterius, secundum quem modum non est inconueniens aliquid agere ultra suam speciem. Fiunt enim hæc, ut dicebatur, in uirtute intellectus agentis, in cuius lumine sunt nota omnia principia agibilia, per quæ regulamur ad habendas quaslibetque uirtutes acquiras.

B RESP. AD ARG. IN CONTRARIUM.

Argumenta etiam in contrarium sunt solvenda. Nam cum primo dicitur, quod uirtus est secundum naturam, patet, quod natura nostra sine gratia se habet, ut quid infirmum, & vulneratum. & ideo si potest in aliqua secundum naturam: non potest in omnia: & illa, quæ agit secundum naturam, & rationem, agit cum quadam difficultate.

Propter quod si non sit natura sanata per gratiam, opera secundum rationem, & secundum uirtutem sunt ei difficiliora, quam opera contra naturam, & uicioſa etiam postquam habet gratiam. quia sunt in nobis, secundum Philosophum, motores contrarii sensus, & ratio, quia secundum Apostolum: Videmus legem in membris repugnantem legi mentis, quando multo tempore assuescimus ad uicioſa opera, & secundum sensum non statim est nobis delectabile simpliciter agere opera bona, & secundum rationem, nisi dum assuescamus ad talia opera. Facit enim hæc gratia, quantumcumque modica, quod possumus omnia peccata mortalia uitare. Sed non facit, quod statim sit hoc delectabile simpliciter, & per omnem modum.

Ad secundum dicendum, quod etiam in his, quæ non possumus sine gratia, non sunt frustra increpationes quantum ad mala: & monitiones quantum ad bona. quia possumus facere, quod in nobis est: quod faciendū, & si non ex condigno, tamen ex congruo dominus dabit nobis gratiam. Valent ergo monitiones, & increpationes, ut faciamus, quod in nobis est, quod faciendū promittit nobis Dominus, scilicet atque dū.

nisi faciat, quod in se est. Quod totum ex benignitate sua progreditur, qui uult omnes homines saluos fieri, & uult nos non perire. si faciamus totum, quod in nobis est.

ARTIC. III.

*An homo sine Dei gratia possit se
sufficienter ad gratiam*

preparare.

Conclusio est negatiua.

D.Th. 1. 2. q. 109. art. 6. Et 2. sent. d. 28. ar. 4. Et de Ver. q. 24.
ar. 15. Et Quol. 1. art. 7. D. Bon. d. 28. ar. 2. q. 1. Th.
Arg. d. 28. art. 2. Capr. d. 28. q. 5. Dur.
d. 28. q. 1. Vide.



FIG. 16.

TERTIO queritur: Vtrum ho-
mo sine gratia possit se sufficiē-
ter ad gratiam preparare. Et vi-
detur, quod sic, quia dicitur p-
uer. Hominis est animum præ-
parare. ergo si in homine est, vt
possit suum animum preparare: ergo in eo est, vt
possit se ad gratiam disponere.

zacha. Præterea Zacha. dicitur: Conuertimini ad
me, & ego cōuertar ad vos. ergo primo homo
conuertit se ad Deum ad gratiam se præparādo,
& postea Deus conuertitur ad ipsum sibi gratiam
infundendo.

Præterea si homo non posset se præparare ad
gratiam sine gratia, pari ratione ad illam gratiam
non posset preparare se sine alia gratia: esset er-
go abire in infinitum, sed quoties est abire in infi-
nitum: secundum Philosophum standum est in
primis ergo sine gratia possumus nos ad gratiam
preparare.

Præterea si non esset in potestate hominis, se
ad gratiam preparare; ēt sufficienter. ergo nō pos-
set inculpari, si non haberet gratiam. quia nullus
inculpat de eo, quod non est sufficienter in po-
testate eius. Deus ergo non esset iustus iudex, si
damnaret non habentes gratiam.

In contrarium est, quia vbi nos habemus: Deus tu conuersus viuificabis nos: Alia litte-
ra habet, vt Gl. tangit, Deus tu conuertens viuifi-
cabis nos. Ergo nisi Deus nos conuertat: nō pos-
sumus viuificari, nec gratiam habere, per quam vi-
uificamur. Totum ergo hoc est in potestate Dei.
Tren. vlt. Idem habetur Trenis vltimo: Cōuerte nos domi-
ne ad te, & conuertemur ad te. ergo &c.

R E S O L V T I O.

*Homo se sufficienter ad gratiam preparare non po-
test sine gratia precedente, quæ per immisiones
bonas in anima procedit. Gratia enim liberū præ-
uenit arbitrium, quæ motio est diuina, & sequi-
tur ipsum, cum sit boni habitualis infusio.*

R E S P O N D E O dicendum, quod in hac quæ-
stione hoc ordine procedemus. quia primo assi-
gnabimus conuenientiam gratiæ ad naturam. Se-
cundo assignabimus differentiam. Tertio osten-
demus, quomodo homo non potest se sufficien-

Ater preparare ad gratiam, & quomodo potest, in
quo stabit solutio quæstionis. Quarto propter so-
lutionem argumentorum, quomodo intelligen-
dæ sunt auctoritates Bibliæ, & Sanctorum diuer-
simodè loquentium in hac materia.

B Propter primum sciendum, quod sicut formæ
naturales habentes esse reale, nunquā introdu-
cuntur in materia, sine motu precedente, & sine
agente naturali naturaliter mouente ad illas for-
mas, vel ad sufficientem dispositionem illarū for-
marum: loquendo de his, quæ naturaliter fiunt:
sic gratia, quæ est res supernaturalis, & maximè
gratia gratū faciens, nunquā infunditur in ani-
ma sine supernaturali agēte supernaturaliter mo-
uente animam ad ipsam gratiam, loquendo de
adultis, quia de paruulis infra erit specialis mate-
ria, sicut ergo agens naturale primo mouet mate-
riam, vt introducat ibi formam naturalem, sic
agens supernaturale primo mouet animam, vt
inducat ibi gratiam: est ergo conuenientia inter
introductionem formæ naturalis respectu agen-
tis naturalis, & introductionem gratiæ respectu
agentis diuini.

Assignata conuenientia inter naturam, & gra-
tiam, vel inter introductionem formæ naturalis,
& infusionē gratiæ: volumus assignare dīam in-
ter ea. Nam in naturalibus materia necessitatur
ad susceptionē formæ naturalis, siue sit huiusmo-
di forma nōeducta de potētia materiæ, cuiusmo-
di est aīa rōnalis, siue siteducta de potentia mate-
riæ: cuiusmodi sunt alię formę materiales. Nam
licet agens naturale non possit educere animam
rōnalem de potentia materiæ, quia rōnalis anima
non est sic educibilis: potest tamen sic sufficiēter
disponere materiam, & organizare corpus ad su-
sceptionē animę rōnalis, q̄ necessario introducitur
ibi anima rōnalis. propter qđ generatio hoīs
est naturalis, quia sic ordinauit Deus naturam, qđ
disposito sufficienter corpore ad rōnalē animā,
necessario introducatur ibi rōnalis anima. Esset
enim miraculum, si materia sufficienter disposita
ad quamcūq; formam non introduceretur ibi
huiusmodi forma: siue illa forma, sit apta nata
educi de potentia materiæ, siue infundi a supe-
riori agente. sic est ergo in naturalibus, sed nō est
sic in his, quæ sunt gratiæ. Nam loquendo de
adultis, nunquā simpliciter necessitatur ani-
ma ad susceptionem gratiæ, sed semper susci-
pit eam uoluntariē. Nam omne, quod recipitur
in aliquo, recipitur secundum modum rei reci-
pientis. & quia omnes recipientes gratiam ha-
bent liberū arbitrium, & sunt agentia per vo-
luntatē, & quia nunq̄ recipitur gratia in adultis
sine motu liberi arb. & sine motu uoluntatis, nū-
quā infunditur gratia alicui adulto, nisi libere,
& uoluntariē. Nam si ponimus aliquam necessi-
tatem in uoluntate, non erit illa necessitas simpli-
citer: cuiusmodi est in his, quæ fiunt ex necessi-
tate naturę, sed erit necessitas uolūtaria. Immo vbi
dicimus uoluntatem necessitari & de necessitate
moueri ad aliquid: ad illud magis uoluntariē mo-
uetur q̄ ad alia. Dicimus nō qđ quilibet de necessi-

Naturę, &
gratię differe-
ntia quan-
tum ad pro-
ductionem.

Anima rōna-
lis quō iusto
ducatur in
corpus.

Necessitas
uolūtaria &
uoluntas ne-
cessitata.

3. Eth. 4.

tate vult esse Beatus, & quilibet de necessitate vult finem, tamen in beatitudinem, & in finem magis voluntariè mouemur, quam in alia. Et id Philosophus dixit voluntatem esse finis: electionem eorum, quæ sunt ad finem, quia finem vult voluntas per seipsum: finis ergo est volutus per se ipsum, & motus in finem totus est voluntarius. sed in ea, quæ sunt ad finem, voluntas mouetur propter finem, & vult aliquando ea, quæ sunt ad finem non voluntariè, sed voluntate, & complacentia finis. Sicut vult infirmus potionem amaram propter desiderium, & complacentiam, quam habet ad sanitatem.

Pulsatio Dei ad ostium cordis.

Vocatio Dei intrinseca.

1. Cor. 14.

In voluntariis ubi plus de necessario ibi plus de voluntario

Vita conuenientia, & differentia gratiæ ad naturam: volumus ex his procedere ad solutionem quæstionis propositæ. Dicemus ergo, quod sicut non introducit forma naturalis, nisi agens naturale primo moueat, & disponat materiam ad ipsam: sic quia gratia est quid supernaturale, nunquam infunditur anime, nisi agens supernaturale, quod est Deus, moueat, & impellat animam ad susceptionem gratiæ, ut declaratum est ex conuenientia gratiæ ad naturam. Iste autem impulsus, & iste motus diuinus ad gratiam sunt compunctiones, & bonæ cogitationes, quas immittit Deus peccatori non conuerso, ut conuertatur ad ipsum, & quas immittit conuerso, ut magis conuertatur ad eum. immisiones autem istæ possunt dici diuina pulsatio, & diuina statio ad ostium cordis pulsans, ut homo conuertatur ad ipsum, & aperiat sibi ianuam, ut Deus intret in ipsum, & infundat sibi gratiam, vel istæ immisiones bonarum cogitationum possunt dici diuina vocatio, qua Deus vocat nos intrinsecus, ut sequamur ipsam, & recipiamus gratiam, de qua vocatione potest exponi illud Prophetæ: Audiam, quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loquitur pacem in plebem suam. id est in me, & in aliis sibi subiectis. Nam ista vocatio non est, nisi ad pacem, ut corpus sit subiectum anime, & anima Deo, & omnia sint pacificata. Sic ergo ante omnia præcedit huiusmodi diuinus impetus, in quo aliquo modo conueniat gratia cum natura. Verum quia differt unum ab alio, quia infusio

gratiæ in adultis non fit, nisi voluntariè: & in voluntariis, ubi plus est de necessario, plus est de voluntario. Ideo quando Deus, sic immittit nobis cogitationes bonas, & sic vocat nos per eas: in potestate nostra est velle sequi ipsum, vel non sequi. Et si sequamur ipsum, infunditur nobis gratia: si non: excludimur ab ea. ergo ad infusionem gratiæ primo præcedit diuina vocatio, vel diuinarum cogitationum immissio: postea sequitur liberi arbitrii ad Deum conuersio, & postea gratiæ infusio. Et quia diuina vocatio; à Deo bonarum cogitationum immissio quædam gratia est. Ideo absque tali gratia præcedente, & libero arbitrio per hoc ad Deum se conuertente, non fit gratiæ adeptio, vel gratiæ infusio. Et quia non sufficit liberum arbitrium ad conuertendum se ad Deum sine diuina motione, vel sine diuina vocatione; Ideo non possumus nos sufficienter preparare ad gratiam, quæ est quoddam bonum habituale, & quæ est anime perfectio; sine gratia præcedente, quæ est diuina motio, vel diuina vocatio.

A Vtrum autem præter diuinam motionem, quæ Deus mouet naturam nostram, & naturam totam generaliter: & præter diuinam motionem, quæ Deus inspirat nobis bonas cogitationes, & vocat nos, & præter motum liberi arbitrii; si sequamur vocationem illam, sit dare aliam diuinam motionem ante infusionem gratiæ gratum facientis, infra dicitur. Nunquam autem in tantum dictum sit, quod sicut non fitur in infinitum in naturalibus, si per motum naturalem introducitur forma; si non itur in gratis. Sed per diuinam gratiam, quæ est diuina motio, introducitur gratia gratum faciens, quæ est gratiosa forma anime, & gratiosa eius perfectio. Patet ergo quomodo sine gratia non possumus nos sufficienter preparare ad gratiam; nisi forte aliquis diceret, quod in potestate nostra est facere, quod in nobis est, & si faciamus, quod in nobis est, Deus infundit nobis gratiam. ergo possumus nos sufficienter preparare ad gratiam, sed ut patet per iam dicta, nisi præcedat diuina vocatio, & bonarum cogitationum à Deo immissio, quæ est quædam gratia, non possumus per liberum arbitrium nos sufficienter mouere ad gratiam. Ad istas ergo bonas cogitationes non sumus sufficientes ex nobis quasi ex nobis, quod sufficienter possumus nos mouere ad gratiam, sed ista sufficientia ex Deo est, primo nos ad gratiam mouente: & si sequamur liberi arbitrii motionem illam, postea nobis gratiam infundente. Liberum ergo arbitrium nostrum præuenit gratia, quæ est diuina motio; & sequitur gratia, quæ est cuiusdam doni habitualis infusio.

In Quest. quenti.

Hoc argumentum uidetur a fine articuli sequenti.

Liberum arbitrium præuenitur à Gratia, & præuenit.

Auctoritates Sacre scripturæ quod intelligende Zach. 1.

Eccl. 15.

Prou. 16.

Rom. 9.

1. Cor. 12.

B nobis gratiam. ergo possumus nos sufficienter preparare ad gratiam, sed ut patet per iam dicta, nisi præcedat diuina vocatio, & bonarum cogitationum à Deo immissio, quæ est quædam gratia, non possumus per liberum arbitrium nos sufficienter mouere ad gratiam. Ad istas ergo bonas cogitationes non sumus sufficientes ex nobis quasi ex nobis, quod sufficienter possumus nos mouere ad gratiam, sed ista sufficientia ex Deo est, primo nos ad gratiam mouente: & si sequamur liberi arbitrii motionem illam, postea nobis gratiam infundente. Liberum ergo arbitrium nostrum præuenit gratia, quæ est diuina motio; & sequitur gratia, quæ est cuiusdam doni habitualis infusio.

C His itaque prælibatis: omnibus potest patere quomodo Canon bibliæ, & auctoritates circa hanc materiam diuersimodè loquantur. Nam aliquando totum attribunt nobis ex lib. arb. nostro sicut Zacha. Conuertimini ad me, ait dominus exercituum, & conuertar ad uos. Ita quod nisi conuertamur ad Deum per liberum arbitrium ad ipsam gratiam nos mouendo; ipse non conuertitur ad nos nobis gratiam infundendo. sic etiam Eccle. dicitur: Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui: ergo totum est in arbitrio nostro bene, vel male facere. Sic etiam eo, libro, & capitulo scribitur: Apposui tibi ignem, & aquam: ad quod volueris, porrige manum tuam. Et ibidem subditur: Ante hominem vita, & mors: bonum, & malum. quod placuerit ei dabitur illi. Et Prouer. 16. dicitur: Hominis est animum preparare. Totum ergo est in arbitrio nostro, sed omnia hæc non excludunt diuinam gratiam, uel diuinam motionem ad gratiam, sed solum arguunt, quod ultra diuinam motionem est necessaria conuersio liberi arbitrii ad hoc, quod nobis gratia infundatur.

D **RESP. AD ARG.** Auctoritates etiam aliquæ videntur econuerso loqui: uidelicet, quod totum attribuendum est Deo. Iuxta illud ad Rom. Non est uolentis: supple uelle: nec currentis, supple currere, sed est miseretis Dei. Et ibidem adducitur dictum Prophetæ: Vocabo non plebem meam, plebem meam: & non dilectam meam, dilectam meam: & non misericordiam

confer-

A R T I C. IIII.

An homo sine gratia omnia diuina mandata implere possit.

Conclusio est negatiua.

D.Th.1.2.q.109.art.4.Et 2.Sent.d.28.art.3. Et de Ver.q.24.art.14.D.Bon.d.28.ar.1.q.3.Dur.d.28.q.4. Th.Arg.d.28.q.1.ar.1.Greg.Arim.d.28.q.1.art.3. Vide Durandum asseuerantem oppositum, cuius rationes soluuntur ab Argentina.



VARTO quæritur: Vtrum sine gratia implere possimus omnia diuina mandata. Et videtur q. sic. Quia illud homo potest sine gratia, quod potest naturaliter, sed homo naturaliter potest implere legem, in qua continentur omnia mandata. Iuxta illud Apostoli ad Rom. Gen.

res enim, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt, ergo &c.

Præterea, qui potest implere illud, quod est maximum mandatum in lege, videlicet: Diligere Deum ex toto corde, & ex tota anima, potest implere alia mandata. sed homo sine gratia potest hoc, ergo &c. Probatio assumptæ: quia si nō posset hoc homo sine gratia: ergo posset scire se esse in gratia, & in charitate. Cuius contrarium dicitur Ecclesiastes: Nescit homo vtrum amore, uel odio dignus sit, ergo &c.

Præterea Deut.30. scribitur: Mandatum hoc, quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, nec procul positum, & loquitur de dilectione Dei, in qua complentur omnia mandata quia secundum Gregorium: Omne mandatum de dilectione est, & quicquid præcipitur in sola charitate solidatur, ergo &c.

Præterea primo Retractionum dicitur, q. quilibet, qui non fecit quod facere non potuit, summe iniquitatis est, & infantiæ dicere, teneri peccati reum: sed non implendo legem peccamus, ergo &c.

IN CONTRARIUM est Matth. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. sed ad vitam non possumus ingredi sine gratia, ergo &c.

Præterea, ut habetur in littera, Pelagianorum hæresis sine gratia credit hominem posse facere omnia diuina mandata. Si ergo hoc dicere est hæresis, non possumus sine gratia seruare mandata.

R E S O L V T I O.

Abſque Dei gratia mandata legis omnia non potest homo implere: nec quantum ad operis genus: nec quantum ad agendi modum. Naturam enim habemus infirmam, Pelagius autem latret licet.

R E S P O N -

consecutam misericordiam consecutam. Et Hic redicitur: Non est hominis via eius: nec viri est, ut ambulet, & dirigat gressus suos. Tota ergo vita nostra est in Deo: & ambulare, & dirigere gressus nostros, totum est in Deo; Nisi ergo ipse nos conuertat, non possumus conuerti: Iuxta illud: Conuerte nos domine, & conuertemur. & nisi ipse nos conuertat, non possumus per gratiam viuificari. Iuxta illud Prophetæ secundum aliam litteram: Deus tu conuertens viuificabis nos.

Dicemus ergo, quod sicut prius, cum totum attribuebatur libero arbitrio, hoc non excluderat diuinam gratiam: sic in illis auctoritatibus cum totum attribuitur Deo, non excludit liberum arbitrium. Totum est ergo Dei efficienter, est liberi arbitrij consequenter. Vel totum est Dei principaliter, totum est liberi arbitrij instrumentaliter. Vel totum est Dei, quia sine ipso preueniente quantum ad diuinam motionem, & sequente quantum ad gratiæ infusionem, nullum bonum meritum fit in nobis: & totum est in nobis, non quod ipsam gratiam causemus, uel efficiamus: sed quia non fit in nobis gratia nisi motu diuino ad gratiam consentiamus. Iustificat ergo Deus nos sine nobis iustificationem, & gratiam causantibus, & non iustificat nos sine nobis consentientibus, & per hoc potest patere solutio ad omnia argumenta. Nam cum dicimus, quod nos possumus sufficienter ad gratiam sine gratia præparare: quia hominis est suum animū præparare, quod potest intelligi de præparatione ad gratiam; patet quomodo hoc est in nobis, quia non fit in adultis, nisi consentientibus nobis.

Quod verò addebatur, Zacha. Conuertimini ad me; patet, quod sine conuersione nostra, i. sine consensu nostro non fit iustificatio nostra.

Quod verò addebatur tertio, quod iretur in gratijs in infinitum, solutū est in solutione principali. Quia sicut per motum naturalem inducitur forma naturalis, & non est ibi processus in infinitum: ita per motum diuinum ad gratiam, qui motus potest dici quedam gratia, infunditur nobis gratia habitualis, & non est ibi processus in infinitum.

Quod verò addebatur quarto, quod carentes gratia non possent inculpari: patet, quod argumentum non concludit. Nam licet habentes gratiam habeant eam per diuinam misericordiam: non habentes autē carent ea per suam culpam: dum tamen sunt adulti si semper fecissent, quod in se est, & non reſtitissent diuinæ motioni, & diuinæ uocationi, habuissent diuinam gratiam, quam nisi volentes, nunquam perdiſſent.

gratiam, quam nisi volentes, nunquam perdiſſent.

Hier. 10.

Tren. 5.

Iustificatio-
nis opus
quomodo
totum Dei,
& nostrum.

Zach. 1.

Rom. 2.

Thomas ubi supra art. 3.

Eccle. 9.

Vide pro hoc Tho. Arg. 2. Sent. d. 27. q. 1. ar. 1. & q. 2.

Tomo 1. cap. 14.

Matth. 12.

2. Eth. c. 2.

Hominis
natura infir-
ma, & vul-
nerata.

RESPONDEO dicendum aliquos ad soluendum, quod quæritur, fecisse duas distinctiones, una tamen illarum redit in aliam. Dicunt enim cum quæritur: utrum possimus sine gratia seruire omnia mandata, aut loquimur de re acta, aut de modo agendi, si est de re acta: possumus enim secundum Philosophum in Ethicis. sine virtutibus facere opera virtutum, ut non fortis potest facere opus fortitudinis, & iniustus opera iustitiæ sed non potest ea facere, ut fortis, & iustus. ideo scribitur ibidem: Iustus autem, & temperatus est: non qui hæc operatur. i. qui operatur iusta, & temperata: sed qui hæc operantur, ut iusti, & temperati. Quantum ergo ad rem actam non virtuosus potest facere opera virtutis: sed quantum ad modum agendi non potest ea facere, ut iustus, & temperatus. sic etiam dicere volunt de mandatis legis diuinæ: quia omnia huiusmodi mandata quantum ad rem actam potest quis facere sine gratia: sed non quantum ad modum agendi, quod possit ea facere meritorie: sicut facit existens in gratia. Faciunt autem & aliam distinctionem, videlicet, quod implere omnia mandata legis, aut loquimur quantum ad genus operum, uel quantum ad ipsa mandata, & sic possumus implere omnia mandata legis: aut loquimur quantum ad intentionem mandantis, & sic non possumus. Quia intentio Legislatoris, & intentio mandantis est inducere homines ad virtutem, ut non solum faciamus opera virtutum: sed etiam, ut simus virtuosus, & faciamus ea, ut virtuosus faciant, sic intentio Dei præcipientis mandata legis est non solum, ut faciamus opera legis: sed etiam ut faciamus ea meritorie, quod sine gratia fieri non potest. sed hoc est contra mentem Sanctorum, & specialiter contra Augustinum. Nam non solum non possumus facere mandata legis sine gratia meritorie, ut faciunt existentes in gratia: sed & ipsa mandata legis non solum quantum ad modum agendi, sed quantum ad genus operis non possumus omnia implere sine gratia: quia habemus naturam infirmam, & vulneratam. Infirmus autem, & vulneratus, & si potest facere aliqua opera sani: non tamen omnia, propter quod infirmus, nec facit opera, ut sanus, quantum ad modum agendi, nec potest facere omnia opera sani, quantum ad genus operis. Vnde Augustinus 3. de libero arbitrio: Illa enim est peccati pœna iustissima, ut amittat quisque quod bene uti noluit. Homo ergo cum potuisset & sine difficultate omnia implere mandata, volens bene uti ista potestate, perdidit eam, ut etiam volens non possit omnia mandata implere. Ideo vult Augustinus in eodem tertio, quod inflictum est homini propter peccatum, ut non videat, quid recte faciendum, & si videat, & vult recte facere, hoc non possit implere. Quantumcumque ergo per rationem videamus mandata legis esse facienda, sine gratia ea implere non possumus, ut magis appareat mens Augustini, qui ait in eodem tertio: Nec tibi imputatur ad culpam: quia inuitus ignoras: sed quod negligis quærere quod ignoras: neque illud, quod vulnerata membra non colligis:

A sed quod uolentem sanare contemnis, implere ergo omnia mandata legis non possumus: quia, communiter loquendo, nescimus ea, dicente Apostolo: Nesciebam, quod concupiscentia esset peccatum, nisi lex diceret: Non concupisces, & postquam scimus ea, non possumus omnia illa implere. Quia habemus uulnerata membra, & uulneratas potestias, videntes aliam legem in membris nostris, id est in potentiis sensitiuis repugnantem legi mentis. Si ergo, non culpatis, quod membra uulnerata, id est potestias uulneratas non colligis ad implendum mandata. quia non potes: sed culpatis, quia medicum uolentem te sanare per gratiam contemnis. Ergo nec quantum ad modum agendi, nec quantum ad genus operis potes non sanatus per gratiam omnia mandata naturaliter adimplere, loquendo de natura uulnerata & infirma, & non sanata per gratiam, cuiusmodi habet esse post lapsum ex sua origine naturali. Et in hoc reprehenditur Pelagius de errore: quia uoluit, quod sine gratia possemus implere omnia mandata diuina. Sed si uolumus saluare primum dictum, dicemus, quod sine gratia potest quis implere omnia mandata non simpliciter: sed potest forte hoc, uel illud: sicut posset dici, quod quis comedere potest omnia oua, non simpliciter, sed quia potest comedere quodlibet ouum hoc, uel illud. ex magno ergo conatu forte possumus facere quodcumque opus sani hoc, uel illud: sed non omnia opera, nec diu possemus hoc agere existentes infirmi, non sanati per gratiam.

Mandata legis quod de causis omnia non possunt impleri. Rom. 7.

Pelagij error.

Si hoc uel illud implere potest, quare non omnia? Nota igitur, respōtionem non esse assensiuā, sed gratia exercitii datam, cum præsertim dicat, forte, & infra, ad secundum D. Thomæ respōtionem admittat.

D V B. I. L A T E R A L I S.

An præter diuinam motionem, motumque liberi arbitrii, alia diuina motio, ante infusionem gratiæ detur.

Conclusio est affirmatiua.

Gratiæ infusionem præcedit bonarum cogitationum diuina inspiratio, meditatio, consensus, & diuina motio, qua Homo ad gratiam suscipiendam mouetur.



V L T E R I V S forte dubitaret aliquis de eo, quod in quæstione alia tangebatur. Utrum post diuinam motionem, qua Deus mouet totam naturam generaliter, & liberum arbitrium nostrum naturaliter inditum, & præter diuinam motionem, qua Deus immittit, & inspirat nobis bonas cogitationes, & præter motum ipsius liberi arbitrii, sit dare aliam motionem diuinam ante infusionem gratiæ. Dicendum, quod Augustinus in Hebdomadibus dat differentiam inter cogitationes bonas, & malas. dicens, quod non omnes malæ cogitationes nostræ semper sunt Diaboli instinctu, ut bonæ à Deo: sed aliquoties ex nostri arbitrii motu emergunt. Bonæ ergo cogitationes semper à Deo sunt: possumus ergo per nos cadere in malum: sed non possumus per nos sine diuino auxilio proficere in bonum. Sicut ergo loquimur de bono: sic loquendum

Hæc insertio in D. Augustini operibus non reperitur, nisi alio modo legatur.

dam est de diuino auxilio, sicut enim bonum, in quod tendimus, est naturale, & non est supra naturam, & nihilominus indigemus diuino auxilio, & mouet naturam, cuius operatio extincta esset, ut diximus, sine Deo adiuvante, & mouente. Si autem huiusmodi bonum est supra naturam, cuius est bonum gratiæ, & gloriæ, indigemus diuino auxilio supernaturaliter nos mouente. Diceretur ergo, quod postquam Deus immittit nobis bonas cogitationes, siue per Scripturam sacram, siue per Prædicatores, & Rectores, siue per seipsum loquendo nobis interioribus, dato, quod uelimus sequi huiusmodi uocationem, ut consequamur gratiam: tamen non possumus, nisi Deus nos ulterius moueat ad ipsum, ita, quod post bonas inspirationes, uel post bonas cogitationes, quæ à Deo sunt, quæ omnes possunt vocari quædam diuina gratia, ut per eas mouemur ad bonum supra naturam, dato, quod per liberum arbitrium uelimus illas bonas inspirationes sequi, & ex hoc adipisci gratiam; non tamen possumus sine speciali ulteriori motione diuina.

Habemus enim nos in consecutione gratiæ ad Deum: sicut se habet puer nesciens scribere ad Scriptorem. Nam Puer nescienti scribere non sufficit, quod detur sibi calamus, & atramentum ad scribendum: sed oportet, quod scriptor capiat manum pueri, & ducat eam ad hoc, quod bene scribat. Sic non sufficit, quod Deus inspiraret nobis bonas cogitationes, & quod liberum arbitrium, uel uoluntas secundum illas bonas cogitationes, uelit habere gratiā: sed oportet, quod Deus moueat ipsum liberum arbitrium nostrum super naturam suam, ut possit consequi gratiā, quod est bonum supernaturale: sic, & multo magis non sufficit, quod Deus dederit naturam rebus ad hoc, quod res possit procedere in sua opera naturalia: sed oportet, quod Deus sit intimus unicuique naturæ mouens eam ad sua opera naturalia. Non, quod illud opus non sit à natura, sed quia non habet naturalem efficaciam ad id faciendum, nisi sit mota à Deo. Sicut ferra quantumcunque sit dentata, & ferrea, non potest secare, nisi sit mota ab artifice, erit ergo secatio opus ferræ: sed non habet efficaciam ad faciendum nisi sit mota à superiori agente, & si sic est in his, quæ sunt naturæ, multo magis est in his, quæ sunt gratiæ. Quia quantumcunque Deus immittat bonas cogitationes, & quantumcunque liberum arbitrium consentiat eis, non est hoc sufficiens, nisi specialiter moueatur liberum arbitrium à Deo ad gratiam consequendam. Et hoc patet solutio cuiusdam dubii, quomodo liberum arbitrium, quod est quid naturale: potest esse sufficiens ad adipiscendam gratiam, quæ est supra naturam: quia hoc non facit, ut motum à se. sed ut motum à uirtute diuina. Ideo uult Apostolus, quod in talibus magis homines agantur, quam agant. Iuxta illud ad Romanos: Qui spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt.

Sed si uolumus hanc similitudinē de puero

nesciente scribere adaptare ad hominem supernaturaliter recipientem gratiam; Dicemus quod in huiusmodi puero hæc quatuor se habent per ordinē: quia Primo datur puero calamus. Secundo ipse accipit, & acceptat huiusmodi calamū. Tertio accipit manū pueri, & mouet eam, ut scribat. Ultimo omnibus his sic se habentibus puer scribit etiā nesciens scribere, sic, & in proposito prius immittuntur nobis cogitationes bonæ, uel à Deo immittæ, uel per Scripturam sacram diuinitus inspiratam assumptæ (Nam quæ solum naturaliter scimus, non sufficiunt ad cogitandam salutem nostram: quia non sumus sufficientes ex nobis, i. ex natura nostra, quasi ex nobis cogitare: sed sufficientia nostra ex Deo est) & istæ cogitationes se habent quasi datio calami. Secundo acceptamus huiusmodi cogitationes, & consentimus, secundum eas incedere: sed non sufficimus, nisi tota Trinitas, & appropriatē Spiritus sanctus nos moueat ad suscipiendam gratiam. Nam si non sufficimus ad agenda opera naturæ sine Deo mouente: multo magis non sufficimus ad suscipiendam gratiam, quæ est supra naturā, & est superaddita naturæ, sine Deo ad hoc nos supernaturaliter mouente. Et postquam etiam iam suscepimus gratiam, non possumus agere opera gratiæ, sine Deo ad hoc nos agitante, & mouente. Tria ergo præcedunt infusionem gratiæ, bonarum cogitationum diuinitus inspiratio, uel per Scripturam inspiratam: bonarum cogitationum meditatio: liberi arbitrij consensus, & acceptatio: & diuina motio, qua mentem mouet ad suscipiendam gratiam. Ad quæ tria sequitur quartum, uidelicet gratiæ infusio: nec oportet, quod inter ista quatuor sit ordo temporis: sed sufficit, quod sit ibi ordo naturalis, uel supernaturalis. Nam in illo instanti, in quo meditati sufficenter sumus cogitationes bonas, possumus per liberum arbitrium consentire, & nos consentientes potest Deus mouere ad gratiam, & infundere nobis gratiam, sicut in illo eodē instanti, si quo radius Solis est super Hemisphærium nostrum: illuminatur aer, & multiplicantur colores, & fit nostra visio.

RESP. AD ARG. Ad primū dicēdū: Gētes, quæ legē non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt, faciūt, ut dicitur ad Rom. Istud naturaliter facere, ut uidetur tangere Glo. Non excludit gratiā, quæ est reformatio imaginis nobis naturaliter impressæ. Ergo in tantum ista sunt naturaliter, in quantum reformat imaginem naturaliter impressā. Vel si uolumus hoc exponere, ut uidentur uerba sonare; Dicemus, quod cuiuslibet naturaliter est inserta quædam cognitio ueritatis, & dilectio boni, non, quod in anima nostra aliquid naturaliter sit scriptum: sed quia in superiori parte mentis nostræ est signatum, & impressum lumen diuinum derivatū à diuino uultu, uel ab ipso Deo, in quo sunt nota principia agibilia, per quæ cognoscimus bonā, & mouemur ad uolendum ea. Iuxta illud Psalmi: Quis ostendit nobis bona. Signatum est super nos lumen, supple, in quo lumine

Exempli de puero scribere nesciente explicatio ad consequendam gratiam.

Iustificatio potest esse instanti.

Gētes quomodo naturaliter quæ legis sunt, faciunt. Rom. 2.

Id. 4.

Cogitationes bonæ quomodo à Deo.

Pueri nescientis scribere exemplum. Id quod nos docet necesse solum nobis esse Dei auxiliū ad consequendam gratiā.

Sicut exemplum.

Id mente catholica per se.

Rom. 2.

lumine ostenditur nobis, quæ sunt bona. Per hoc enim naturale iudicium Gentes, quæ legem non habent, possunt naturaliter ea, quæ legis sunt facere: sed non quæcunque. possunt enim hoc, vel illud, & possunt aliqua: sed non possunt omnia per aliquod tempus. sed nō semper, & maxime ad ea, ad quorum cōtrarium inclinatur nos natura sensus: quia sē Philosophum sunt in nobis motores contrarij sensus, & ratio; quantumcunque ergo delectatio sensibiliū nobis connaturalis nos inclinet ad illicita: non obstante tamen huiusmodi inclinatione: si ex toto conatu uolumus agere: possumus rectē illa facere, sed non omnia: nec diū possumus persistere in tali conatu, sine gratia nos adiuuante, quod huiusmodi delectabilia non sequamur. Opera ergo legis, & opera recta possunt dici naturalia propter rationem hæc dictantem nobis naturaliter insertam: impotentē tamen sine gratia hæc sufficienter facere propter sensualitatem cōtradictentem. Ideo Apostolus ait ad Roma. Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei, ergo &c.

Rom. 7.

Ad secundum dicendum, quod implere mandata legis, hoc, uel illud, possumus quodcunque, siue sint primæ Tabulæ ordinantis ad Deum, siue secundæ ordinantis ad proximum. Sunt enim tria præcepta primæ Tabulæ: Non adorare Deum alienum, idest spernere idola. Non assumere nomen Dei in uanum, idest non derogare. Et sanctificare Sabbata, idest colere Festa, & dare aliquod tempus vitæ nostræ Deo, vacando ab operibus seruilibus. Quodlibet enim istorum, quantum ad genus operis, potest quis facere. de Præceptis etiā secundæ Tabulæ, quantum ad genus operis, quodlibet possumus implere: non tamen omnia: quia tunc posset quis sine gratia omnia peccata uitare. ut enim supra tetigimus per Augustinum, Per peccatum uulnerata sunt membra nostra, idest potentiæ nostræ sensitiuæ, uel ipsa sensualitas, ut non possumus omnia huiusmodi membra colligere ad uitanda peccata. Propter quod uult Augustinus, quod nō culpamur si huiusmodi membra sic uulnerata non colligimus. sed quia gratiam ea sanantem contemnimus, idest despiciamus.

Aduertendum tamen, quod si possumus hic, D vel illud mandatum implere, quantum ad genus operis: non tamen possumus hoc, quantum ad intentionem mandantis. Ideo cum in argumento dicitur, quod possumus diligere Deum ex toto corde, &c. Dici debet, quod ibi non solum exprimitur actus dilectionis: sed modus diligendi, & intentio mandantis: quæ omnia non possumus in statu naturæ corruptæ sine gratia, uidelicet, quod diligamus Deum ex toto corde, ex tota mente, ex tota anima, & ex omnibus uiribus nostris.

Mandatum dilectionis quomodo dicitur prope nos.

Ad tertium dicendum, quod mādatum de dilectione dicitur non esse super nos, & dicitur nō esse longē a nobis, non solum quantum ad genus operis, sed etiam quantum ad intētionem man-

A dantis: sed per hoc non excluditur gratia: quia semper est Deus intimus nobis, & non procul a nobis. Paratus est dare nobis gratiam, per quā possumus illud mandatum implere non solum quantum ad genus operis: sed quantum ad intentionem præcipientis mandatum. aut de dilectione specialiter dicitur non esse supra nos, nec procul positum, quia secundum Augustinum si dixeris, quod non poteris ieiunare, vel vigilare, vel res tuas totas pauperibus erogare, & in monasterio Deo seruire, tibi credimus. Sed si dixeris, quod non potes diligere, omnino non credimus: cum hæc eleemosina nō de cellario, idest exteriori: sed de corde, idest de re interiori impleri iubeat. Nihil enim est aliud diligere, quàm uelle bonum, ut uult Philosophus in Rhetoricis. B & quia nihil est tam in potestate uolūtatis, quàm ipsum uelle. Si dicis te non posse uelle, non creditur tibi. Posse enim uelle non est procul à te, non est supra te: sed est in te, cum auxilio tamē eius, qui est intimior tibi plus, quàm tu tibi. Sine auxilio ergo Dei, & sine gratia non possumus Deum diligere ex toto corde, idest meritorie: tamen ex hoc non possumus nos excusare, quin possumus: quia semper Deus paratus est nobis dare gratiam.

Rhet. 2.

Ad quartum dicendum, quod verè summæ iniquitatis, uel insaniæ est dicere nos peccare ob hoc, quod nullo modo possumus aliud facere: quod quomodo uerificetur in paruulis, cū tractabitur de peccato originali, poterit declarari: Sed quantum ad adultos dici potest, quod non possunt se excusare, quod peccēt inuiti: quanuis nō possint implere legem, nec cauere omnia peccata sine gratia: quia, ut diximus, semper Deus paratus est dare gratiam.

Q V A E S T. II.

De hominis defectu.



DISTINGUITUR de secundo principali. Nam cum habitum sit, quomodo sine gratia non possumus proficere in bonum, restat quærere: Vtrum sine gratia possumus vitare malum, & peccatum: Quod dupliciter potest dubitari: uidelicet, vtrum possumus vitare peccatum, quod iam fecimus, & resurgere à peccato sine gratia: & utrum possumus uitare peccatum futurum, & cauere nobis, ne incidamus in novum peccatum sine gratia.

A R T I C. I.

*An sine gratia possit homo re-
surgere à peccato.
Conclusio est negativa.*

Aegid. Quol. 2. q. 29. D. Th. 1. 2. q. 109. art. 7. Et q. 113. art. 2.
Et 3. contra Gent. c. 157. Et 4. c. 72. Et de Ver. q. 28. ar. 2.
D. Bon. d. 28. art. 1. q. 1. Ric. d. 28. q. 4.



1. Eth. c. 3.

AD primum sic proceditur: Vi-
detur, quod possimus resur-
gere a peccato sine gratia. Nam
per opera nostra acquirimus
virtutes, ut patet per Philo-
sophum in Ethicis, quia fa-
ciendo temperata, sumus temperati: Iusta simus
iusti. Sed postquam perdidimus virtutem, & in-
currimus aliquod vitium, possumus per opera
nostra iterum redire ad uirtutem, & resurgere a
vitio. ergo postquam perdidimus gratiā & pro-
lapsi sumus in peccatū, possumus per opera no-
stra sine gratia resurgere a peccato.

Præterea: cum quis infirmatur, quanuis infir-
mitas sit contra naturam, ut plurimum accedit,
q̃ per sola naturalia sine auxilio exterioris medi-
cinæ expellitur morbus, & sit homo sanus. ergo
cum peccatum, vel vitium sit quædam infirmi-
tas contra rationem, per solam rationem pote-
rit expelli huiusmodi infirmitas, & resurgere a
peccato.

Eph. 5.

Præterea ad Ephe. dicitur: Exurge à mortuis,
& illuminabit te Christus. Cum ergo illumina-
tio sit per gratiā, primo ergo exurgimus a mor-
tuis, quā illuminet nos Christus, & det nobis
gratiā. Sed ea, quæ præcedunt gratiā, possunt
fieri sine gratia. Exurgere ergo a mortuis, id est
a peccatis mortalibus: quia hoc præcedit gratiā,
poterit fieri sine gratia.

Dam. lib. 2.
c. 30.

Præterea dicunt Iuristæ, quod res de facili re-
uertitur ad naturam suam: sed peccatum est con-
tra naturam, & virtus secundum naturā: ut vult
Damasc. Et Augustinus vult hoc idem in multis
locis: cum ergo res de facili reuertatur ad natu-
ram suam: de facili, & naturaliter possumus re-
surgere a peccato.

Tomo 1.
Retract. c. 3.

IN CONTRARIUM est. Quia Augustinus pri-
mo Retract. vult quod voluntas nisi Dei gratia
liberetur a seruitute, qua facta est serua peccati,
& ut vitia superet, adiunetur: rectè, piè quæ a mor-
talibus viuui non potest.

Gal. 2.

Præterea Apostolus ad Galat. vult, quod si da-
ta est Lex, quæ possit iustificare: Christus gra-
tis, id est sine causā mortuus est. si ergo data esset
nobis natura per quam naturaliter possemus re-
surgere a peccato, non indigeremus gratia Chri-
sti. Gratis ergo, id est sine causā, Christus mor-
tuus esset.

A

R E S O L V T I O.

*A peccato resurgere sine gratia haudquaquam
possumus: Idque patet, si Deum, nostrum
Medicum, effectiue: ipsamque gra-
tiam, formaliter sanantem
consideremus.*

RESPONDEO dicendum, quod sine gra-
tia, ut communiter ponitur, non possumus re-
surgere a peccato: quod dupliciter declarare pos-
sumus. Primò, ut comparatur ad Deum, tan-
quā ad nostrum medicum, per quem sanamur
efficienter. Secundo ut comparatur ad gratiā,
per quam sanamur formaliter. Supponit enim
proposita quæstio, quod homo sit in peccato. Et
quæritur: vtrum homo possit resurgere sine gra-
tia. Peccatores autem, ut comparatur ad Deum
quantum ad præsens spectat: tripliciter se habēt
ad illum: quia sunt ei ingrati. Nam cū a Deo ha-
beamus esse, & disciplinam, non deberemus ei ef-
se ingrati: sed deberemus ipsum glorificare, &
gratias agere. Iuxta illud ad Roma. Quia cum

Sine gratia
non possumus
resurgere à pecca-
to.

B

cognouissent Deum: non sicut Deum glorifica-
uerunt, aut gratias egerunt. Secundo peccato-
res comparantur ad Deum, tanquā ad illum,
quem offenderunt: quia nihil est aliud peccatū,
nisi quædam offensa Dei. Tertiò comparantur
peccatores ad Deum, tanquā ad illum, a quo
se auerterunt, & a quo se elongauerunt. Iuxta
illud: Iniquitates vestrae diuiserunt inter nos, &
Deum vestrum. Cum ergo non remittatur pec-
catū, nisi tollantur illa, quæ faciūt in nobis pec-
catum: & maximè si sint talia, cum quibus de ne-
cessitate habet esse peccatum, & quibus non a-
motis, non amouetur peccatum, cuiusmodi
sunt tria præfata: Videlicet ingratitudo nostra:
quantum ad beneficia suscepta. offensa Dei,
quantum ad iniuriam sibi illatam: quia non ob-
seruamus legem ipsius, & mandata eius: quia ni-
hil est aliud peccatum, nisi præteritio legis diui-
næ, & mandati Dei. Tertiò quia auertimur ab
ipso: nam nihil est aliud peccatum, quā auer-
sio ab incommutabili, & conuersio ad commu-
tabile. immo in peccato formahor est auersio,
quā conuersio: quia si homo posset sic se con-
uertere ad commutabile, quod se non auerteret
ab incommutabili, nunquam esset ibi peccatum
mortale. oportet ergo, si volumus a peccato re-
surgere, quod omnia ista tollantur, & contraria no-
bis restituantur. Tolleatur ergo a nobis ingra-
tutudo, & erimus grati Deo, quod non potest fie-
ri nisi per gratiā, & non per quancunque gra-
tiam: sed per gratiā gratum facientem. Sicut
enim nunquā simus albi nisi per albedinem fa-
cientem nos albos: Ita nunquā simus Deo gra-
ti, nisi per gratiā facientem nos Deo gratos.

Rom. 1.

Esa. 59.

C

Secundo oportet, q̃ tollatur offensa Dei: & nun-
quā tollitur offensa alicuius, nisi offensus, &
indignatus fiat gratus, & placatus: quod sine gra-
tia esse non potest. Tertiò oportet q̃ tollatur au-
ersio, quod nō sit nisi per cōuersionem. Si ergo

Peccati fo-
male est, au-
ersio.

Ingratitudo
quomodo
tollatur.

Offensa quo-
modo tolli-
tur.

D

volu-

Eph. 5.

volumus, & tollatur peccatum, per quod auertimur a lumine diuino, & sumus tenebræ: oportet quod conuertamur ad huiusmodi lumen, & sumus lux in domino. Iuxta illud ad Ephe. Eratis enim aliquando tenebræ: nunc autem lux in domino, & sequitur: Vt filii lucis ambulate. sed hoc non potest esse, nisi per gratiam, ergo &c.

Parabola
peccatoris.
Idem decla-
ratur supra
dist. 21. q. 1
art. 2.

Postquam ostendimus, quod non potest tolli peccatum nisi per gratiam, ut comparamus ad Deum, a quo sanamur efficienter; volumus hoc idem ostendere, ut comparamus ad gratiam, per quam sanamur formaliter. Magister. n. 2. Sententiarum Distinct. 25. assimilat peccatorem homini illi descendenti ab Hierusalem in Hierico, & incidenti in latrones, per quos fuit expoliatus, & uulneratus, & seminiuus relictus. sic homo per peccatum incidit in Dæmones, & fit sub eorum potestate, & expoliatur gratuitis, & uulneratur in naturalibus: & sic uulneratur, & fit seminiuus relictus, ut non sit habilis ad faciendum opera sani. Facit etiam peccatum tertium malum, quia non solum expoliatur, & uulneratur: sed etiam ad pœnam æternam nos obligat. nullum autem istorum potest tolli sine gratia gratum faciente. Nam expoliatio a gratia non potest tolli, nisi restituatur nobis vestis gratiæ. vulneratio etiā in naturalibus, quam facit peccatum sine gratia tolli non potest. Nam huiusmodi uulneratio magis attenditur, quantum ad modum agendi, quam quantum ad genus operis. Nam si possunt peccatores facere opera iustorum, quantum ad genus operis, & ex hoc simulant se esse iustos: tamen non possunt ea facere eo modo, quo faciunt iusti: quia non possunt ea facere meritoriè. Cum ergo gratia sit principium meriti, & sine gratia nullum possit esse meritum; vulneratio, quam facit peccatum, faciens opera non esse meritoria, sine gratia tolli non potest. Et si de hoc dubitetur, plana est responsio. Nam nullus meretur apud aliquem, nisi faciat apud ipsum, quod est ei gratum. Impossibile est ergo sine gratia mereri, cum non possimus sine ea facere opera grata Deo. Natura ergo existente integra, sicut fuit in Adā, requirebatur gratia, ut proficeret: sed ea existēte uulnerata, requiritur gratia non solum, ut quis proficiat: sed etiā, ut sanentur vulnera. Possumus autem ponere exemplum de prima productione rerum, ubi non per expulsionem formæ contrariæ: sed per simplicem emanationem a Deo fiebat creatio rerum. Sic in natura integra non per expulsionem formæ contrariæ: sed per simplicem infusionem gratiæ potuisset Adam mereri apud Deum: sed nunc in natura lapsa, corrupta, & uulnerata cum infusione gratiæ, oportet, quod tollatur forma contraria, id est vulneratio facta in naturalibus. Indigebat ergo Adam gratia, & nos indigemus. Sed Adam indigebat ad proficiendum; nos autem ad sanandam naturam, & ad proficiendum. Tertio indigemus gratia, ut surgamus à peccato, non solum, quia expoliatur, & uulneratur: sed etiam, quia ad pœnam æternam obligat. Potest enim quis esse in gratia, & esse obligatus ad pœnam temporalem;

Gratia prin-
cipium me-
riti.

A non autem ad pœnam æternam. sed quicunque est sine gratia, est obligatus ad pœnam æternam. Est autem hæc differentia inter pœnam æternam, & temporalem: quia pro pœna temporali potest quis satisfacere: cum omne tempus sit pertransibile: sed pro pœna æterna secundum quod huiusmodi, non potest quis satisfacere cum æternum. secundum quod huiusmodi, pertransiri non possit. non potest enim quis satisfacere apud Deum, quem per peccatum offendit, nisi pœnæ, & passionibus, quas patitur sine gratia Deo, ergo non existens in gratia quātamcunque pœnam patiatur post mortem pro quocunque peccato, oportet quod sit æterna. Nam talis existens sic patitur, & non satisfacit Deo: ideo semper patitur, & nunquam soluit, quod debet: sicut tota aqua maris non implet vnā testam, si non intraret in ouo. Semper enim posset quis mittere aquam extra testam, & nunquam implet testam. Tota etiam pecunia mundi non abfolueret debitorem: si per eam, ut debet, non satisfaceret creditori. Decedentes ergo sine gratia, semper patientur, & non satisfaciunt Deo: quia eorum pœna non erit grata Deo. Placebit enim Deo eorum pœna, ut secundum sua demerita puniantur: sed cum sint sine gratia, sic punientur, quod non satisfaciunt. ut ergo pœna æterna, quam inducit peccatum, sit temporalis, & sit satisfactio: oportet, quod hoc sit per gratiam, ut sine gratia non possit quis resurgere à peccato.

Pœna æternæ, & temporalis differentia.

Damnatus
cur semper
patiatur.

RESP. AD ARG. Ad primum dicendum, quod aliter sunt virtutes secundum naturam acquisite, & aliter gratia. Nam virtutes possumus acquirere, loquendo de eis sicut loquitur Philosophus, per sola opera naturæ cum auxilio diuino, ut operatur in his, quæ sunt naturæ: sed gratiam non possumus adipisci cum auxilio diuino, ut operatur in his, quæ sunt naturæ: sed requiritur auxilium eius, ut agit opera gratiæ, & superaddita naturæ. Diximus autem, quod possumus acquirere virtutes, ut loquitur Philosophus, quia uirtutes sine gratia non sunt propriè virtutes: sed merentur se esse virtutes. Possumus enim per naturalem complexionem, & multo magis per assuetudinem assuescere ad aliqua, quæ videbuntur esse virtutes: sed illa assuetudo sine gratia non erit meritoria: & habitus ex hoc acquisiti non propriè dicentur esse uirtutes.

D propriè dicentur esse uirtutes. Ad secundum dicendum, quod qualis est sanatio, tale oportet esse remedium. Si ergo solum respicimus finem naturalem, & infirmamur faciendo contra rationem illius finis, per solam rationem possumus consequi huiusmodi finem non simpliciter: cum peccatum etiam ipsam naturam uulneret, & inhabilitet: sed cum nobis proponatur non solum finis secundum naturam, cuiusmodi est bonum naturale: sed etiam supra naturam, cuiusmodi est bonum gloriæ, ad huiusmodi finem consequendum non possumus sanari, nisi per gratiam.

Ad tertium dicendum, quod simul sunt tempore exurgere a mortuis, & illuminari per gratiam:

tiam: sicut qui immittendo vnum clauum expellit alium, simul est immisio vnus clauus, & expulsio alterius. Si autē ibi volumus assignare prius, & posterius: hoc erit quantum ad materiam, & quantum ad agens. quantum ad materiam quidem prius expellitur vnus clauus, quā immittat alius, quia ille nō immittitur in materiam, nisi quia ille expellitur. quantum autē ad agens est econuerso, quia agens non alium clauum expellit. Sic etiam patet de expulsionē, & impressionē formæ. Nam prius materia intelligitur priuari vna forma, quā recipiat aliam. Agens verò, quia non expellit formam oppositam, nisi imprimendo propositam, prius intelligitur imprimere, quā expellere: sicut alias vbi similis occurrit materia tactum fuit. Sic & in proposito simul est expulsio iniustificationis, & resurrectio a mortuis, & infusio gratiæ, si est ibi prius, & posterius, hoc erit secundum peccatorem iustificationis, & Deum iustificantem. Totum enim vel vtrumque est hominis, vt suscipientis: & totum, vel vtrumque est Dei, vt efficientis. In homine enim suscipiente simul est expulsio iustificationis, & susceptio gratiæ iustificantis. Deus enim simul expellit iniustificationem, & infundit gratiam iustificantem. Si autem est ibi prius, & posterius quantum ad suscipientem, & efficientem: Hoc erit modo, quo dictum est.

Peccati expulsio, & gratiæ infusio quō simul.

Resurgere a peccato non est redire ad naturam.

Ad quartum dicendum, quod si resurgere a peccato, esset solum redire ad naturam: Fortē quod dicitur haberet modo aliquo veritatem. Sed quia, vt dictum est, non potest redire ad naturam, nec tolli vulneratio naturæ facta per peccatum, nisi per gratiam, non est omnino simile quod adducebatur pro simili,

ARTIC. II.

An sine gratia gratum faciente nouum peccatum possimus vitare mortale.

Conclusio est negativa.

D. Th. I. 1. q. 109. art. 8. Et 3. contra Gent. 160. Et de Ver. q. 22. art. 5. ad 7. & q. 24. art. 12. Et 2. Sent. d. 28. q. 1. ar. 2. Ric. d. 28. q. 5. Biel. d. 28. q. 1. Dur. d. 28. q. 3. Capr. d. 28. q. 4. Greg. Arim. d. 28. q. 1. ar. 1. & 2. Sco. d. 28. q. 1. Ant. And. d. 28. q. 1. Vide etiā D. P. Aug. De Corr. & gratia, c. 11. & 12. & in Ep. ad Paulinum c. 6.



SECUNDO quæritur: vtrum sine gratia gratum faciente vitare quis possit, ne incidat in nouum peccatum mortale. Et videtur. quod sic. quia secundum August. lib. 1. Retractionum. Summæ dementiæ est existimare ali-

Tom. 1. c. 14

A quem esse reum peccati in eo, quod quis vitare non potuit. Si ergo sine gratia non possumus vitare peccatum: illud peccatum non erit peccatum.

Præterea nisi consentiamus peccato, non peccamus. Sed per liberum arbitrium possumus liberè consentire, & dissentire. ergo per liberum arbitrium possumus vitare omne peccatum.

Præterea secundum Augustinum, in de vera Religione: Peccatum adeo est voluntarium, quod si non est voluntarium, non est peccatum. sed dicere voluntarium esse necessarium, est dicere oppositum in adiecto, ergo &c.

B Præterea Ecclesi. Ante hominem posita est vita, & mors: bonum, & malum: quodcunque placuerit, dabitur illi. Ergo est in potestate nostra peccare, & non peccare: vitare peccatum, & non vitare. Ecc. 15.

IN CONTRARIUM est quod ait Augustinus lib. Retractionum, quod voluntas nisi Dei gratia liberetur a seruitute, qua facta est serua peccati, & vt vitia superet adiuuetur, recte, pieque a mortalibus viui non potest: Tom. 1. c. 8.

Præterea Gregorius 15. Mora. exponens illud verbum Iob: Nouit enim opera eorum, & iccirco inducet noctem, & conterentur, ait: Peccatum namque, quod pœnitentia nō diluit: ipso suo pondere mox in aliud trahit, Iob. 34.

C R E S O L V T I O.

Fieri non posse censemus, ut peccatum mortale nouum sine gratia gratum faciente vitare possimus.

RESPONDEO dicendum, aliquos dixisse, quod a peccato non possumus resurgere sine gratia: sed non committere peccatum, & non ruere in nouum genus peccati possumus sine gratia. Dicunt enim quod peccatum non immutat naturam liberi arbitrij. Nam licet peccatum naturam vulneret: tamen naturam non tollit, & quia hoc est de natura liberi arbitrij, quod liberè agat, & quod liberè velit, potest ex peccato augeri difficultas ad vitandum peccatum: sed non tollitur libertas eius, quin possit vitare omne peccatum. Addunt enim, quod non est simile de peccato veniali in sensualitate, & de peccato mortali in ratione, quia peccatum veniale potest committi sine consensu rationis. Ideo, ut dicunt, non est inconueniens, quod homo existens in gratia non possit vitare omnia peccata venialia, quia committuntur sine consensu rationis: volunt autem esse inconueniens, quod homo etiam gratia destitutus, non possit vitare omnia peccata mortalia; cum nullum mortale peccatum committatur per consensum rationis, & in potestate nostra sit consentire, vel non consentire. Addunt etiam, & tertio, quod communiter conceditur, quod per aliquod bre-

D. Tho. 1. Sent. sed in 1. p. Retractionum.

D Aegerid. super ij. Sent. Ii ue tem-

Augustini
non sequi
ualde peri-
culosum.

Hic liber
nunc legit
sub senten-
tiarum tiu-
lo in fine
To. 3.

Peccatum
mortale ui-
tare per na-
turam non
est possibili-
le.

Gen. 8.

Hæc inscri-
ptio non re-
penitur sed

ne tempus potest quis vitare omne peccatum mortale, sed quanto, ut dicunt, quis plus vitare peccatum, habilior fit ad vitandum: ergo si per paruum tempus potest vitare, habilitatus ex hoc ad vitandum, poterit magis vitare, & magis habilitatus, magis vitare, ut hoc modo poterit semper vitare, sed quod dictum est, veritatem non habet, si volumus sequi Augustinum, quem non sequi est valde periculosum. Ipse enim habet seruare se a peccato, & resurgere a peccato, & recuperare per gratiam, quam perdidit, etiam natura existente integra. Ait enim in lib. de vera Innocentia: Natura humana etiam si in illa integritate, in qua est condita, permaneret, nullo modo seipsam, Creatore suo non adiuvante, seruaret: Vnde sine Dei gratia non potest recuperare gratiam, quam perdidit. Assignat enim pro causa, quod non possumus nos seruare a peccato, quia non possumus sine gratia recuperare gratiam, quam perdidimus per peccatum. Pro eodem ergo habet non posse recuperare gratiam per naturam, & non posse se seruare a peccato, ut resurgamus ab ipso.

Argumenta autem, quæ faciunt, sunt transcendencia, & volunt per logicam quadrare circulum: sed si volumus loqui ex proprijs, ex quibus adgeneratur vera scientia, quilibet experitur in seipso, quia dato, quod habeat gratiam: licet posset vitare omnia peccata mortalia: valde tamen difficile est, ut etiam existens in gratia non consentiat alicui peccato mortali.

Et si est sic difficile cum gratia: si tollatur gratia impossibile est. Sicut enim est impossibile, quod per naturam sit corpus immortale: quod compositum est ex contrarijs: sic est impossibile, quod per naturam possit vitari peccatum mortale, ubi sunt contrarij appetitus. Propter quod Sancti sic loquuntur de peccato mortali per naturam sine gratia: sicut loquuntur de morte. Adam enim cum natura integra poterat mori, & non mori: & poterat peccare mortaliter, & non peccare, sed illa natura non erat sine omni gratia: quia erat cum originali iustitia, quam tenens præferuabatur a morte, & quam deserens primo incurrit mortale peccatum, & per peccatum incurrit moriendi necessitatem. Nos etiã sine gratia non possumus vitare mortale peccatum, & cum gratia non possumus vitare mortem, quia per gratiam restituitur nobis innocentia: non autem restituitur originalis iustitia. Sumus enim propter sensualitatem tantæ pronitatis ad peccandum, quia proni sunt sensus hominis ad malum ab adolescentia sua, ut dicit in Genesi, quod non sufficit ad vitandum peccatum mortale, quod Deus nos regat: sed oportet, quod totaliter moueat, ducat, & agat: nec plus facimus per liberum arbitrium, nisi, quod huic salubri motui non præstamus obicem: sed nos sic mouentem voluntariè sequimur, & voluntariè consentimus. Vnde Damasc. 2. lib. cap. 30. solum hoc attribuit nobis, quod possumus sequi vocantem. Augustinus etiam de vera Innocentia exequitur, quod diximus de Regimine, & de

A actione, vel motione dicens: Plus proculdu- bio est agi, quam regi. Qui enim regitur aliquid agit: & ideo regitur, ut rectè agat. Qui autem agitur, agere ipse aliquid vix intelligitur, & tantum præstat voluntatibus nostris gratia Saluatoris, ut non dubitet Apostolus dicere: Quotquot Spiritu Dei aguntur: hi filij Dei sunt: nec aliquid in nobis libera voluntas melius agere potest: quam illi se commēdet, qui malè agere non potest.

Si ergo volumus vitare malè agere, hoc solum remedium superest, ut Dei habentes gratiam permittamus, ut ipse nos moueat, agat, & ducat: qui non potest malè agere, nec malè eos ducere. Statim enim cum volumus moueri sensu nostro, & volumus secundum nos agere, a bona actione deficimus. Si volumus ergo in bono perseverare, magis agimur, quam agamus. Quo posito non negamus, quin omnia sint voluntaria, & quin liberum arbitrium liberè eligat, liberè agat, liberè velit, quia non ducemur, nec ageremur a Deo, si vellemus per voluntatem resistere, & præbere obicem motioni diuinæ.

Cum ergo dixit Pelagius, quod per solum liberum arbitrium, Benè agere est difficile, per gratiam est facile. Si dixisset, quod benè agere, quantum ad genus operis, quod etiam per gratiam est difficile, sine gratia est impossibile, non errasset.

Et quia utrumque tangit Scriptura sacra, quod iugum Christi est suave, & onus leue, quod arcta est via, quæ ducit ad vitam; Oportet omnia hæc suo modo veritatem habere, cum maior sit diuinæ Scripturæ auctoritas, quàm totius humani ingenij perspicacitas. Propter enim sensualitatem repugnantem, & quia videmus legem in membris nostris repugnantem legi mentis, difficile est benè agere. Est enim in nobis quantumcunque bonis, & quantumcunque in gratia existentibus, continua pugna cum vitijs, & vtiā esset ibi crebra, & non rara victoria. Non ergo loquamur transcendencia, non quadremus circulum per logicam: loquamur, ut in se quilibet experitur, dicentes: Difficile etiam est cum gratia omnia vitia superare, & sine gratia impossibile est a vitijs non succumbere. Nihilominus etiam cum tanta difficultate est ibi leuitas, vel suauitas: quia non possumus ista vincere, nisi cum gratia, cui de necessitate annexa est charitas, quæ est amor Dei, & proximi. Sed quæcunque cum amore fiunt: cum quadam leuitate, & suauitate fiunt, quia si dedit homo totam substantiam suam pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.

Sed dices, quod nemo scit se habere gratiam, nisi sit hoc ei specialiter reuelatum.

Ad quod dici potest, quod si nescimus certitudinaliter nos esse in gratia: possumus tamen hoc scire per valde verisimiles coniecturas. Experimur enim in nobis ipsis valde difficile esse non consentire peccato etiã mortali: cum cōtinuè ipugnemur a carne: & si hoc est tā diffi-

certè sit sub
alijs uerbis
ut titulo sē-
tentiarū de
Benedictio-
nib⁹ Iacob.
I. 3. 1. 1. 1.

Remedium
ad vitandū
peccatum,

Pelagij er-
ror.

Aegid. 1. sen-
tent. d. 16. q.
12.

cile cum gratia, erit impossibile sine gratia. Vel possumus dicere, quod si nescimus certitudinaliter nos esse in gratia, debemus tamen certitudinaliter credere, quod multi sunt in Ecclesia habentes gratiam. propter quod quando dixit Helyas, quod relictus erat solus; Responsum diuinum accepit, quod non erat solus, quia refer uauerat sibi. 7. millia virorum. &c. Debemus ergo firmiter credere, quod multi sunt in Ecclesia habentes gratiam: tamen quantumcunque perfecti, quantumcunque abstinentes, quantumcunque habentes exosum proprium corpus; semper sentiunt pugnam carnis, & semper cum magna difficultate habent victoriam de seipsum, ut potest patere per verba Hiero. qui sola aqua utebatur pro potu, & coctum aliquid sumere luxuriam reputabat: Pallebant enim ora sua ieiunijs, & tamen, ut subdit, ante hominem iam sua carne premortuum adhuc libidinis incendia bulliebant. Propter quod sequitur idem, quod prius, quia si tam difficile est cum gratia resistere omnibus peccatis mortalibus, sine gratia erit impossibile.

Hieronymi
uita.

Peccato re-
sistere sine
gratia est i-
mpossibile.

D V B. I. L A T E R A L I S.

*An sine gratia gratum faciente tentationem
aliquam vincere possimus.
Conclusio est negatiua.*

D. Bon. d. 28. ar. 1. q. 2. Item art. 2. q. 2. Ric. d. 28. q. 6.



V L T E R I V S fortè dubitaret aliquis, cum sine gratia non possumus omnia peccata vitare, vtrum sine gratia gratum faciente possumus aliquam tentationem vincere. Et videtur, quod sic, quia plus est vincere seipsum, quam aliquam aliam tentationem. sed homo aliquando vincit seipsum etiam sine gratia: quia, ut patet. 1. ad Corinth. Potest quis sine charitate, & gratia tradere corpus suum martyrio. Iuxta illud: Si tradidero corpus meum, &c.

1. Cor. 13.

Præterea debilis est hostis, qui non potest vincere, nisi volentem. secundum etiam Augustinum primo. Retractionum: Qui negant ex libero voluntatis arbitrio mali originem duci: Deum, si ita est, Creatorem omnium naturarum culpandum esse concedunt. In libero ergo arbitrio est vincere omnia mala, & vincere quæcunque delectationem.

Wimo 1. c. 3.

I N C O N T R A R I V M est: quia sine gratia non possumus habere aliquam victoriam. Iuxta illud Apostoli: Deo gratias, qui dedit nobis victoriam. Dicendum, quod sine gratia non possumus aliquam tentationem vincere, vel tentationi resistere, vel cum tentatione pugnare. Nam vincere supra pugnare, & resistere dicit de pugna, & resistentia reportare coronam: quod non potest esse sine gratia. Nam per gratiam Christus nos vocat ad coronam, Iuxta illud, quod Christus dicit in Cantica, Sponsæ, vel animæ sanctæ: Veni de Libano, coronaberis, Vincere

1. Cor. 15.

Vincere
qd, & quot
modis.

Cant. 4.

A etiam dicit euasione a pœna æterna, siue a morte secunda. Iuxta illud: Qui vicerit non lædetur, &c. Vincenti etiam promittitur præmiu æternum, quod figuratum est per lignum vitæ: promittitur etiam manna absconditum, quod est præmiu iustorum, quod est tantum bonum, & sic absconditum, quod nec oculus vidit, &c.

Apoc.

Sed dices, quod Scriptura loquitur de victoria totali: sed quæstio nostra est de aliqua vna tentatione, vtrum de ea possumus habere victoriam.

Ad quod dici potest, quod sicut impium est, a Deo dimidiam sperare veniam, quia vna est gratia, quæ iustificat impium; si illam habet, est a peccatis omnibus absolutus: si illam non habet, a nullo est absolutus. Sic, si gratiam habes, potes de omni tentatione reportare victoriam: si illam non habes, de nulla potes reportare victoriam: cum victoria importet opus meritorium. Nam non vincit aliquam tentationem nisi quis de pugna aliquid mereatur apud Deum, quod sine gratia esse non potest.

R E S P. A D A R G. Ad primum autem argumentum primæ quæstionis dicendum, quod potentia non solum se extendit ad id, quod quis potest per se: sed ad id, quod potest habere per alium. Nullus enim diceret, quod quandiu viuimus, præclusa sit nobis via salutis: & tamen eam non possumus consequi sine gratia. Vnde Aug. eodem 1. lib. de Retract. Quia tantum dederant libero arb. quod posset omnia vitare peccata, & quod nullum erat peccatum, nisi voluntarium; exponit seipsum, quod non intendebat per hæc verba excludere gratiam dicens: In his, atq; huiusmodi verbis meis, quia gratia Dei commemorata non est, de qua tunc 1. in de libero arbitrio, vel de vera Religione, non agebatur, putare possunt Pelagiani nos suam tenuisse sententiam, sed hoc frustra putant: Non ergo intendebat Augustinus per huiusmodi verba excludere gratiā, quæ excludebant Pelagiani. Propter quod statim subdit in eo. lib. & cap. quod sine gratia, per quam liberamur a seruitute peccati, non possumus vitia superare, nec piè, & rectè viuere.

Gra nō ex-
cludit, cum
aliquid ba-
ni tribuitur
libero arbi-
trio.

Ad secundum dicendum, quod sine gratia possumus dissentire ab hoc peccato, vel ab illo: sed non possumus ab omni peccato, quia, ut tactum est, dissentire ab omnibus mortalibus, etiam cū gratia, est difficile, sine gratia est impossibile.

D Ad tertium dicendum, quod peccatum est voluntarium, quia sola voluntate etiam sine grā possumus cadere: vitare etiam peccata est voluntarium: tamen vitari non potest simpliciter peccatum sine adiutorio gratiæ. Nam gratia non tollit voluntatem, sed perficit: & si vitamus peccatum cum adiutorio gratiæ, hoc non fit, nisi nobis consentientibus, & volentibus.

Vide D. P.
Augu. in de
Spiritu, &c.
littera c. 3.
Tomo 3.

Ad quartum dicendum, quod coram nobis positum est bonu, & malum: vita, & mors, & quodcunque placuerit dabitur nobis: sed vita, & bonu datur nobis, gratia assistente: malum, & mors, ea desistente. Hæc autem non excludunt gratiam, quantum ad bonum, sed quantum ad malum, quia si possumus per nos cadere sine gratia:

Aegid. super ij. Sent. li 2 non

non oportet, quòd possimus per nos stare, vel a peccato resurgere sine ea.

RESP. AD ARG. IN CONTR. Restat autem soluere argumenta facta in contrarium a ponentibus contrariam opinionem. Nam cum dicitur, quòd peccatum non tollit naturam: tamen ipsam vulnerat, vt non possimus facere omnia opera sani, nec diu stare, ne cadamus. Nā vulneratus, & infirmus non potest diu stare, ne cadat.

D. Tho. in
v. p. se retrā
Gauit.

Quòd verò addebatur, quòd non est simile de sensualitate respectu peccati venialis, & de ratione respectu peccati mortalis; imo est plus, quàm simile. Nam cum assignauimus opinionem contrariam illi, sic dicentes, & scribentes, quòd homo sine gratia potest omnia peccata mortalia vitare. Videntes hoc non esse bene dictum; in alijs suis scriptis dixerunt, sine gratia hoc non esse possibile, assignantes pro ratione, quòd dictum est de sensualitate. Et quia sensualitas non plenè subiecta est rationi, quandiu sumus in hac vita; ideo quantumcunque sumus in gratia non possumus omnia peccata venialia vitare. Sic quia p mortale peccatum, quis se auertit a Deo; ideo ratio eius non fundata in gratia, vel in bono diuino non potest diu stare, quin consentiat peccato mortali. Si ergo in sensualitate esset peccatum mortale: quia sensualitas non est plenè subiecta rationi: si non potest facere ratio, quin consentiat sensualitati, non possemus per rationem vitare peccatum mortale, quantumcunque existētes in gratia. Verum quia consentiente sensualitate, non peccamus mortaliter, vel quandiu delectatio est in sensualitate, & non in ratione, non est mortale. Sicut ergo propter non subijci rationi potest esse peccatum in sensualitate, & erit veniale: sic propter rationem non ubijci Deo, & esse auersam a Deo, poterit eē peccatum in ratione, & poterit esse mortale. Immo non poterit stare ratio diu auersa a Deo, quin incidat in mortale, vt per Gregorium in Mora. probatur.

Peccati veniale vnde.

Quòd autem addebatur & tertio, quòd si possumus per aliquod tempus vitare peccatum mortale sine gratia: possumus hoc per omne tempus; Dici debet, quòd sine gratia non possumus vitare peccatum sine magno conatu. Ad magnum autem conatum magis sequitur laxatio iurium naturalium, quàm assuetudo, vt laxati non possumus nos diu in hoc continuare. Vel possumus dicere, quòd incidit in Scyllā, cupiēs vitare Charybdim. Vitia ergo, quia sunt varia: vitando vnū vitium sine gratia incidimus in aliud. Nam si toto conatu vincitur vnū vitium, non possumus totum conatum apponere ad vincendum aliud. Vt si vincamus auaritiam, fortē incidimus in intemperantiam. Vnum etiam solum vitium, & maxime si ad illud alliciat caro, non possumus sine gratia per rationem superare. quia nili per spiritum, & per gratiam facta carnis mortificemus, non possumus vitam consequi. Semper enim cum volumus nobis satisfacere, quomodo est impossibile sine grā vitare oīa peccata, debemus ad hoc recurrere, qd difficile sit ea vitare cum gratia.

RESP. AD ARG. DVB. Restat ergo vltimo soluere argumenta secundæ quæstionis. Nam cum dicitur, quòd quis potest vincere seipsum sine gratia; Dici debet hoc esse falsum. Potest enim quis resistere sibi ipsi, idest suæ sensualitati: sed non potest vincere, vt ex hoc possit mereri sine gratia, & ex hoc reportare coronam.

Quòd verò addebatur, quòd totum est ex libero arbitrio, vt supra patuit, hoc non excludit gratiam. Nam per voluntatem, & liberum arbitrium nostrum possumus sequi Deum vocantem, & mouentem nos ad gratiam, quòd faciendo dabitur nobis gratia, modo, quo supra dicebatur. Si enim facimus totum, quòd in nobis est, vt supra diximus, Deus facit, quòd in se est, & dat nobis gratiam. Est ergo nostra culpa, si non habemus gratiam, quia totum, quòd in nobis est, facere nolumus, & diuinæ vocationi obicem voluntarie præbamus.

Q. t. d. hui'
art. 4.

Dubitatio I. Litteralis.



PER litteram primò quæritur de eo, quòd in littera dicitur, quòd noui hæretici Pelagiani liberum sic assignerunt voluntatis arbitrium, vt gratiæ non relinquunt locum. Sed contra: Quia Pelagiani aliquem locum relinquebant gratiæ, & aliquid tribuebant ei. quia secundum ipsos si per liberum arbitrium possumus implere omnia diuina mandata, vt dicebatur, hoc erat difficulter: datur ergo gratia, vt hoc fieret faciliter. Dicendum, quòd hic est error, & si datur ex hoc aliquis locus gratiæ, non datur ex hoc locus sufficiens. Et si ex hoc aliquid tribuitur gratiæ, non datur ei, quantum dari debet. Nam, vt diximus, etiam per gratiam erit difficile omnia mandata implere: sine gratia autem est impossibile. Ergo per solum liberum arbitrium, etiam si esset natura integra, vt intra patebit, non possumus nos ab omni peccato seruare, & omnia diuina mandata implere. Ponens ergo hæc incidit in heresim Pelagianam, vt patet per Aug. 1. Retractionum vbi sunt verba, quæ habentur in littera, videlicet, quòd noui hæretici Pelagiani, &c. Vel possumus dicere, quòd Pelagiani non relinquebant locum gratiæ, quia secundum eorum dicta, gratia non erat gratia. Nam, vt patet per Augustinum eodem lib. & cap. Ideo Pelagiani non relinquebant locum gratiæ, quia dicebant eam secundum merita nostra dari. Non ergo erat gratia gratis data, sed erat per nostra merita acquisita.

Pelagiani
impj, & sto
lidi locum
græ non re-
linquebāt.

Tom. I. c. 1.

Dubitatio II. Litteralis.

Vltius fortē dubitaret aliquis de calliditate, siue astutia ipsius Pelagij, de qua habetur in littera. Dicendum, quòd astutia, & calliditas ipsius Pelagij in hoc consistebat: Dicebat, n. dari grām, vt faciliter possemus implere oīa diuina mandata, volens ex hoc arguere, quòd per

per solum liberum arb. poteramus omnia implere, sed difficulter. Cautè ergo volebat suam heresim plantare, & inferere: Hereticum est tamen quod dicebat, quòd per solum liberum arb. implere mandata non solum est difficile, sed etiam impossibile.

Dubitatio III. Litteralis.

Uterius fortè dubitaret aliquis, quia gratiam Dei non esse dicunt Pelagiani nisi in libero arbitrio. quomodo hoc sit intelligendum. Dicendum, quòd hoc dupliciter potest intelligi. Nam gratia non est nisi in libero arb. secundum Pelagiū, quia secundum eum ipsum liberum arb. est gratia Dei, quia nostris nullis præcedentibus meritis, sed gratis nobis datur. quod licet aliquo modo verum sit: tamen hæreticum est eo modo, quo Pelagius intelligebat. Quòd enim liberum arb. datur nobis non præcedentibus meritis, sed gratis. & ex hoc posset dici gratia; Verum est, sumendo gratiam largè: tamen Pelagius intelligebat, quòd per liberum arb. possumus diuina mandata implere: quod non solum est difficile, sed etiam impossibile. Potest tamen & alia solutio dari quomodo errabat, dicens in libero arb. esse diuinam gratiam, loquendo de illa gratia, de qua nos loquimur. Dicebat enim Pelagius huiusmodi gratiam esse in libero arb. quia liberum arb. poterat eam sufficienter mereri, quod est hæreticum dicere, quia tunc gratia non esset gratia: sed esset nostris præcedentibus meritis debita.

Dubitatio IIII. Litteralis.

Uterius fortè dubitaret aliquis, quia videtur Magister velle in littera, quòd sine gratia non possumus aliquid boni facere. Sed contra: Cū duplex sit bonum, vnum super naturam aliud naturæ proportionatum; Aliquid ergo boni possumus sine gratia, quia per sola naturalia possumus in bonum naturæ proportionatum. Dicendum, quòd multiplex est motio diuina: Vna generalis, qua mouet totam naturam. Alia specialis, qua mouet naturam rationalem ad gratiam. Et hoc est præueniens, & subsequens: Præueniens, in quantum inmittit nobis bonas inspirationes, vel cogitationes, & vocat nos ad bonum super naturam, quod est gratiam. Et subsequens, quia illæ inspirationes non sufficerent ad hoc, quòd natura leuaret se supra se, & suscipere et in se gratiam, quæ est supra naturam, nisi Deus ad hæc specialiter moueret eam. quia si non potest natura in opus naturæ nisi a Deo mota, multò magis non potest in susceptionem gratiæ, quæ est super naturam, nisi specialiter a Deo mota. Ex quo sequitur, quòd sicut natura mota ab agente naturali disponitur, & præparatur ad suscipiendam formam naturalem: sic mota a Deo non solum generaliter, vt mouetur tota natura, sed etiam specialiter, vt mouetur natura rationalis, præparatur, & disponitur ad suscipiendam gratiam, quod est quid supernaturale, quia

A semper actus actiuorum, secundum Philosophum, sunt in patiente, & disposito, cum talis requiratur dispositio patientis, qualis est actus receptus, & qualis est perfectio impressa: Cum ergo quæritur: vtrum aliquid boni possumus sine gratia, quia totum, quod facit in nobis Deus, potest dici gratia, motio generalis, qua mouet nos, ut mouet naturam totam, & gratia dici potest. Nam & ipsa natura potest vocari gratia, & etiam specialis motio diuina gratia dici potest. Sic ergo accipiendo gratiam, nihil omnino possumus sine gratia. Sed si sumatur gratia pro motione diuina speciali: sic possumus sine gratia per naturam in bonum proportionatum naturæ, & non simpliciter, vel non in totum, cum natura sine gratia maneat infirma, & vulnerata per peccatum.

Dubitatio V. Litteralis.

Uterius fortè dubitaret aliquis de eo, quod in littera dicitur, quòd ponebat Pelagius, nos indigere sciētia, vt sciamus, quæ sunt facienda, non vt per bonum Spiritus sancti faciamus ea.

Dicendum, quòd indigere aliquo est dupliciter. Vel quia sine illo non potest aliquid fieri, vel quia per illud potest aliquid facilius fieri. posset enim quis pedester ire ad aliquem locum: tamen si haberet equum, facilius iret ad illum locum: ponebat ergo Pelagius, quòd indigebamus scientia, vt sciremus, quæ sunt facienda; quia sine scientia fiendorum non nisi casu possumus, quæ fienda sunt, facere: habita tamen scientia, possumus, secundum eum, facere quæcunque fienda absque gratia: licet possumus facilius cū gratia. Quòd ergo ponebat scientiam a Deo datam, bene ponebat, quia non sufficit naturalis cognitio ad sciendum nobis necessaria ad salutem: sed oportet per inspirationem scire illa. sed quia non ponebat gratiam nisi propter facilitatem. non propter necessitatem; male dicebat, quia necessaria est gratia superaddita naturæ, si volumus consequi salutem nostram, quæ est bonū super naturam.

Dubitatio VI. Litteralis.

D Uterius fortè dubitaret aliquis de eo, quod in littera dicitur: Charitatem autem negant diuinitus dari. Sed contra: Ipse etiam Magister negabat habitum charitatis. Ponit enim gratiam in anima, sed non ponit ibi habitum charitatis. Vult enim, quòd tota Trinitas, & appropriatè Spiritus Sanctus sit in anima faciens in ea actum charitatis. Dicendum, quòd opinio Magistri non consonat cum opinione Pelagij. quia Magister ponebat gratiam esse necessariam, & ponebat eam non cadere sub merito. Pelagius autem non ponebat gratiam necessariam, quia sine ea fieri poterant opera meritoria. Ponebat autem eam esse vtilem, quia cum ea facilius fiebant

Aegid. super ij. Sent. li 3 opera

opera meritoria. Iterum ponebat Pelagius, quod gratia cadebat sub merito, quod negat Magister, & bene. quantum autem ad charitatem non consonat opinio Magistri cum Pelagio, quia Pelagius nec habitum, nec actum charitatis ponebat esse donum Dei: Magister autem posuit actum charitatis non solum donum Dei: sed immediate elici: quia Deus non solum attingit a fine usque ad finem fortiter: sed disponit omnia suauiter, quæ suavis dispositio in hoc potissimè attenditur, quia omnibus imprimit suas formas, & suas perfectiones, a quibus eliciuntur suæ actiones. Vt si aliquid tenderet inferius sine gravitate, vel superius sine leuitate, non esset hoc suauiter, sed magis violenter. sicut ergo graue per formam ignis tendit in locum suum: sic voluntas per habitum charitatis, qui est in ea ut forma, producit amorem diuinum, vel actum amoris, quo tendit in Deum.

Præterea faciendum aliquid supra naturam essentiae, & supra naturam potentiae non solum sufficit dare gratiam, quæ se habet, ut forma, & ut perfectio essentiae, sed oportet dare habitum charitatis, qui se habet, ut forma, & ut perfectio potentiae.

Dubitatio VII. Litteralis.

Uterius fortè dubitaret aliquis de eo, quod Pelagius arguebat, quod in potestate erat hominis mutare in melius suam voluntatem. Cum ergo hoc videatur esse verum, non potest de hoc redargui; Dicendum, quod in potestate hominis est mutare in melius voluntatem: sed non est hoc in potestate eius sine diuino auxilio, & sine adiutorio gratiæ, quæ nostra membra vulnerata sanat, & ideo dicebatur supra, quod non culpamur, quia nostra membra vulnerata non colligimus, sed quia medicum sanantem contemnimus culpamur quidem, quia in id, quod per nos non possumus, diuinum auxiliū recusamus.

Dubitatio VIII. Litteralis.


Uterius fortè dubitaret aliquis de eo, quod in littera dicitur, & sunt verba Augusti, quia nihil est tam in potestate nostra, quam ipsa voluntas. Sed contra: Quia aliqua sic displicent nobis, quod non possumus ea velle: & aliqua sic placent, quod non possumus ea nolle. Dicendum, quod quando sumus in viā, & voluntas nostra non est confirmata in bono, nec obstinata in malo: possumus peccare, & non peccare, & non possumus velle, & nolle: & nil est tam in potestate nostra, sicut ipsum velle. Nam mouere membra nostra, vel potentias nostras ad suos actus: hoc facit voluntas. Volendo ergo, nihil est tam in potestate voluntatis, quam ipsa voluntas, id est, quam ipsum velle. Si autem est ibi difficultas, hoc est ratione sensualitatis, quia cum sint in nobis appetitus contrarij, sensualitas, & voluntas, vnus appetitus trahit alium, secundum Philosophum, in de Anima sicut rota rotam. Si

enim duæ rotæ sint fixæ in eodem stipite, si voluatur vna trahit secum aliam. Et quia appetitus sensitius, & intellectus sunt in eadem essentia animæ: vnus sicut in subiecto, alius sicut in radice: vnus dicitur trahere alium. quia ut ait Augustinus super Ioan. super illo verbo: Nisi pater traxerit. Allegans dictum Poetæ: Trahit sua quemque voluptas, & ex hoc concludit, quod hoc non est necessitas, sed voluptas: non obligatio, sed delectatio. Iste ergo tractus non inducit necessitatem, nec generat impossibilitatem.

Tomo 9.

DIST. XXIX.

De liberi arbitrij insufficiencia, quantum ad integram naturam, gratia circumscripta.



OST HANC
cōsiderādū ē.]

Postquam Magister determinauit de insufficiencia liberi arbit. generaliter, quātum ad naturam lapsam, quæ est in omnibus nobis; Hic determinat de huiusmodi insufficiencia, specialiter quantum ad naturam integram, quæ fuit in ipso Adam ante peccatum. Propter autem insufficienciam liberi arbit. indigemus auxilio gratiæ, & virtutum. Tria ergo facit: quia primò determinat de auxilio gratiæ ante peccatum: utrum indiguerit gratia ante peccatum, & determinat, quod indiguit gratia operante, & cooperante: sed non indiguit ea omnibus modis, quibus nos indigemus. Secundò determinat de auxilio virtutum: utrum Adam ante peccatum habuerit in se virtutes, & tangit opinionem quorundam, quod non. Sed illam opinionem non tenens assignat auctoritates Sanctorum, quod ante peccatum fuit præclarus virtutibus. Tertiò, quia locutus fuerat de Adam quantum ad id, quod habuit ante peccatum: loquitur de eo, quantum ad pœnas, quas consecutus est per peccatum. Secunda ibi: [Præterea quæri solet.] Tertia ibi: [Illius quoque peccati pœnam.] Circa quod tria facit, quia primo ait, quod in pœnam illius peccati eiectus est de Paradiso in locum miseriarum, & prohibitus est, vel amotus est de Paradiso, ne sumat deligno vitæ. Secundò exponit quomodo intelligenda est ista prohibitio. quia more irati locutus est Dominus, ut eiiciatur de Paradiso: sicut eiectus malus

de

de societate bonorum, & de loco bono tãquàm indignus ibi esset. Tertio exponit, quomodo intelligendum sit, q̃ Deus collocauit ante paradysum. Cherubin, & gladium flammeum, atq; versatile. Secunda ibi: [Sed quia propter peccatum.] Tertia ibi: [Ne verò posset.] Circa quod tria facit: quia primo facit, quod dictum est. Secundo, circa lignum vitæ mouet quæstionem, videlicet, vtrum Adam ante peccatum comederit de illo ligno, & declinat ad hanc partem, q̃ sic. Propter præceptum sibi datum: De omni ligno paradysi comede: de ligno autem &c. Tertio mouet aliã quæstionem, si comedit de illo ligno, quare non persecutus est immortalitatem perpetuam. Et soluit, quia fortè illud lignum non semel, sed sæpe sumptum poterat hoc conferre. Secunda ibi: [Potest autem queri.] Tertia ibi: [Quare ergo perpetua.] Et in hoc terminetur sententia huius Quæstionis, & Distinctionis,

Q V A E S T. I.

De gratia primi Hominis ante peccatum.



IN HAC autem Distinctione potest de tribus queri principaliter, videlicet, de gratia primi Hominis ante peccatū. Secundo, de magnitudine illius gratiæ. Tertio, de pœna, quam incurrit Adam per peccatum. Circa primum quærentur tria: Primo, vtrum Adam ante peccatum indiguerit gratia. Secundo, vtrum habuerit gratiam. Tertio, quia non solum gratia, sed etiam virtutes propter insufficientiam liberi arbitrij, dicuntur dari in auxilium nostrum: erit quæstio, vtrum Adam ante peccatum habuerit virtutes.

A R T I C. I.

An Adam ante peccatum gratia indiguerit.

Conclusio est affirmatiua.

D. Th. 2. sent. dist. 29. quæst. 1. art. 1. Dur. dist. 23. lib. 2. sent. quæst. 1.



AD PRIMUM sic proceditur: Videtur, q̃ Homo ante peccatum nō indiguerit gratia. Nam ad hoc nobis gratia datur, vt sumus accepti Deo. sed Adā ante peccatum, non poterat esse nō acceptus Deo, cum creatus fuerit omnino innocens: ergo gratia non indigebat.

Præterea, si indiguisset gratia, vel indiguisset operante, vel cooperante. Nō indiguit operante: quia per illam de impio fit pius, de iniusto iustus.

A sed Adam nec erat impius, nec iustus: ergo &c. Nec cooperante: quia illa datur propter difficultatem, quam habemus ad bene agendum. sed Adā nullam difficultatem talem habebat: quia cum omni facilitate poterat omnia diuina mādāta implere. Propter quod vult August. de Ciuit. Dei: Tanto magis culpandum fuisse Adam de præuaricatione mandati, quanto facilius potuit mandatum implere.

Tomo 1.

Præterea differentia est inter opera Dei, & naturæ: quia natura procedit de imperfecto ad perfectū. sed Dei perfecta sunt opera, vt dicitur Deutero. In naturis ergo à Deo factis propter perfectionem operum diuinorum nulla fuit perfectio possibilis communicari creaturæ, quæ ei non fuerit communicata. sed Deus potuit facere creaturam, quæ per sui naturam posset adipisci salutem: quia aliter Deus non esset omnipotens. quod maxime videtur fuisse in Adam, qui habebat naturā rationalem integram, & perfectam, quo posito non indigebat gratia: quia poterat sine ea adipisci salutem.

Deut. 12.

Præterea nunquàm pœna præcedit culpam. tota merces nostra est visio diuina: pœna autem originalis culpæ est carentia diuinæ visionis. Adā ergo ante peccatum, cum nullam cōmiserat culpa, non fuit inflicta sibi hæc pœna, q̃ careret diuina visione: quo posito non indigebat gratia: quia ad hoc datur nobis gratia, vt possimus habere diuinam visionem, quæ est tota merces.

Præterea ad hoc datur nobis gratia, vt assimilamur Deo, sed Adam naturaliter assimilabatur Deo: quia factus est ad imaginem Dei &c.

IN CONTRARIUM est Magister in littera, qui mouens hanc quæstionem, quomodo Adā gratia indigebat, ait, q̃ indigebat gratia, non tantum operante, sed cooperante.

Præterea ad Romanos dicitur: Gratia Dei vita æterna. Si ergo vita æterna non potest haberi sine gratia: ergo Adam ante peccatum ad habendam vitam æternam indigebat gratia.

Rom. 6.

R E S O L V T I O.

Adam in statu innocentie gratia operante, & cooperante ad consequendam salutem, indigebat.

RESPONDEO dicendum, q̃ aliud est necessarium simpliciter, quod non potest euitari, sicut necessarium est animal corrumpi: quia compositum est ex contrarijs. Et aliud necessariū propter consecutionem finis: quia duplici modo potest homo indigere aliquo ad finem consequendum: vel simpliciter, quia nullo modo potest finē consequi sine illo. vel est huiusmodi indigentia non simpliciter, vt nullo modo possimus finem consequi sine illo, sed vt facilius possimus consequi cum illo. Homo enim in quocunque statu, in quo potest adipisci finem suum, indiget gratia. Sed aliter hoc posuit Pelagius, aliter fides Catholica. Pelagius quidem posuit, quod indigebantus gratia ad consequendam salutem nostram, siue vitam æternam: nō quod nullo modo sine gratia possimus

possimus facere opera meritoria vite æternæ: sed quia cum gratia possumus ea facilius facere, sed hoc stare non potest, cum vita æterna, quæ est
 Ios. 17. diuina visio (iuxta illud: Hæc est vita æterna, vt cognoscant te) sit improporcionata naturæ cuiuslibet creaturæ. & quia nulla creatura per sola naturalia potest videre Deum, non solum propter facilitatem, vt dicebat Pelagius, sed propter necessitatem indigemus gratia, vt consequamur hunc finem.

Quod si quærat, quomodo indigemus gratia; Dicemus, qd non solum nos, sed etiã ipse Adã ante peccatum indigebat gratia operante, & cooperante. Operante quidem non, vt sanaretur eius natura, quia erat integra, nõ vulnerata, nec infirma: nec vt fieret de impio pius: quia nullatenus erat impius, & nullum peccatum cõmiserat: sed vt natura eius bona sine gratia fieret melior per gratiam, vel vt natura eius non grata sine gratia fieret grata per gratiam. Indigebat etiam gratia cooperante: quia licet eadem gratia posset dici operans, & cooperans; indigebat tamen Adã illa gratia non solum, vt est operans, sed vt est cooperans. Non qd per illam gratiam remoueretur difficultas ad faciendã opera proportionata naturæ: sed vt per eam tribueretur ei facultas ad faciendã opera meritoria vite æternæ, quæ sunt supra naturam. Ideo ait Magister in littera, qd Adã non indigebat gratia operante per omnem modũ, sicut nos indigemus: quia nos indigemus ea, vt sanet naturam vulneratam, & vt nos liberet à peccato, & vt possumus mereri per ipsam. Adam ergo, quia non habebat naturam vulneratam, nec peccato obnoxiam, propter hæc nõ indigebat ea: sed vt vitam æternam mereretur per gratiã, indigebat ea: quia sine gratia tale præmiũ haberi non potest. Adhuc autem adducere possumus auctoritatẽ Aug. in lib. de gratia noui testamenti dicens: Neque enim iam desperandum est participatione verbi. i. participatione Dei: quia Deus erat Verbum, posse homines fieri filios Dei, quando participatione carnis Filius Dei factus est filius hominis. sed hoc est per gratiam, quæ facit nos filios Dei: & si filij, & hæredes, vt vult Apostolus ad Romanos: Hæredes autem Dei, cohæredes autem Christi. Sumus enim hæredes Dei per gratiam: quia ipsum Deum adipiscimur per gratiã: quia ipse Deus erit merces nostra. Iuxta illud, quod Deus dixit Abraham: Ego merces tua, &c. Sumus enim cohæredes Christi: quia illam eandẽ veritatem, illam eandẽ naturam diuinam, quã Pater communicauit Christo eius Filio per naturam, communicat nobis per gratiam, & verè per gratiam: quia tantum bonum est improporcionatum naturæ humanæ. Quantumcunque ergo ante peccatum esset natura integra ad habendũ tantum bonum, sic naturæ nostræ improporcionatum, indigebat tamen homo gratia.

RES. AD ARC. Ad primum dicendum, qd Deus acceptat bonum nostrum secundũ mensuram bonitatis nostræ. Acceptabat enim bonũ Adã in quantum habebat naturam integram, in quantum poterat consequi finem naturalem; sed

non acceptabat eam sine gratia, vt per eam posset consequi finem supernaturalem.

Ad secundum patet solutio per iã dicta: quia indigebat gratia operante, & cooperante, vt in principali solutione extitit declaratum.

Ad tertium dicendum, qd nulla creatura in puris naturalibus posita potest videre Deum. Ipse enim solus habet immortalitatem, ipse solus est inuisibilis omni creaturæ. Iuxta illud 1. ad Tim. 1. Tim. 1. Immortali, & inuisibili soli Deo. Ad formam autem arguendi, qd tunc Deus non esset omnipotens; Adducemus ad hoc dictum Commen. qd nullum agens primo repugnat effectui: ergo nõ est ex impotentia, qd Deus non possit: sed quia hoc repugnat potetia, qd possit agens, quod repugnat effectui, vel quod contradictionem implicat. Propter quod Philos. in Ethicis commendat dictum Agathonis, qd hoc solo Deus priuatur: ingenita facere, quæ vtique facta sunt.

Ad quartum dicendum, qd carentia visionis diuinæ in peccantibus potest esse pœna peccati: in non peccantibus non est pœna, sed defectus naturæ: quia natura in solũ naturalibus constituta nõ potest per seipsam ad tantũ bonum consurgere.

Vel possumus dicere, qd ista carentia secundũ se, nec est culpa, nec pœna. Nam originale peccatum non est talis carentia, sed est carentia originalis iustitiæ cum debito habendi eã. sed de hoc, cum tractabitur de peccato originali, poterit plenius veritas declarari.

Ad quintum dicendum, qd similitudo Dei, vt communiter ponitur, quæ competit homini per naturam est alia: quia non est tanta, quanta est illa, quæ competit ei per gratiam. Ex qua similitudine dicuntur homines filij Dei, & filij, & hæredes, & digni vita æternæ. quod per naturam non potest homini competere, sed per gratiam.

ARTIC. II.

An Adam in statu innocentia habuerit gratiam.

Conclusio est negativa.

D. Th. 1. p. q. 95. art. 1. Et 2. sent. dist. 29. q. 1. art. 2. Et de Ver. q. 9. art. 1. per totum. D. Bon. d. 29. art. 2. q. 1. Ric. dist. 29. q. 1. Biel dist. 29. q. 1. Th. Arg. dist. 29. q. 1. artic. 3. Capr. dist. 29. q. 1. art. 2.



ECVNDQ quæritur: Vtrũ Adã ante peccatũ habuerit gratiã. Nam nõ est idem quærere, vtrũ Adã indiguerit gratia ante peccatum ad consequendam salutem; & vtrum habuerit gratiã.

Nam per sola naturalia, etiam ante peccatũ mereri non poterat: indigebat ergo gratia ad merendum: Vtrum ergo gratiã habuerit ante peccatũ, videtur, qd sic: quia per peccatum dicitur Adam expoliatus gratuitis: sed cum nullus expolietur eo, quod non habet: ergo &c.

Præterea

Hæc Inscriptio nũc nõ habetur: & forte legitturaliter.

Rom. 9.

Gen. 14.

Præterea charitas nunquam est informis, sed semper est coniuncta gratiæ. sed in littera dicitur, q̄ Adā, perdita charitate, malus inuentus est. sed nemo perdit, quod non habet ergo &c.

Præterea in littera dicitur, quod Princeps vitiorum vicit Adam, de limo terræ formatum, ad imaginem Dei factum, pudicitia armatum, tēperantia compositū, charitate splendidū: ergo &c.

Præterea in littera dicitur, q̄ Adam ante peccatum erat beatissimus, sed hoc non poterat esse sine charitate: ergo &c.

IN CONTRARIUM est: quia iustitiā originalem, quam habebat, amisit per peccatum, & eam nunquam recuperavit: Si ergo habuisset gratiam, amisisset eam per peccatum: & ut videtur, eam nūquam recuperasset, quod est falsum: quia post peccatum gratiam adeptus est.

Præterea Magister vult 24. Dist. q̄ homo ante peccatum habuerit, unde posset stare: sed non unde posset proficere, ergo non habuisset gratiam: quia si habuisset eam, potuisset proficere.

R E S O L V T I O.

Adam in puris naturalibus fuit productus: & gratiam ante peccatum non habuit: sed quoddam gratuitum donum, quod originalis iustitiæ dici debet, per quam quidem stare poterat; proficere non item.

R E S P O N D E O dicendum, q̄ circa hanc materiam, ut communiter ponitur, sunt tres modi dicendi. Quidam enim dixerunt, q̄ Adam creatus fuit in puris naturalibus sine gratia, & sine virtutibus gratuitis. Auctoritates autē, quas Magister allegat in littera, exponūt de virtutibus naturalibus. Nam, quia Adam habebat naturam integram, in ipso erant integræ virtutes naturales, per quas poterat facere opera, quæ videbātur esse virtutum, sed hoc non videtur competere auctoritatibus positīs in littera, in quibus narratur, q̄ Adam habuit charitatem, quæ sine gratia esse nō potest. Adaptant etiam has virtutes naturales ad plura alia, ut saluent Adam productū esse in statu innocentiae in solis naturalibus integris: tamē hoc etiam stare non potest, quia secundum Aug. in de vera innocentia: Natura humana, quæ si in illa integritate, in qua est condita, permaneret: nullo modo seipsam, Creatore suo non adiuvante, saluaret. In illo ergo statu, in quo fuit Adā productus, quantumcunque habuisset naturam integram, non auxiliante Creatore suo, se à peccato seruare non posset. Nec loquitur ibi Aug. de seruatione naturali, sed de seruatione à peccato, cū assignet ibi rationē, q̄ sine gratia non possumus recuperare gratiā, quā perdidimus per peccatū.

Est ergo secundus modus dicendi, q̄ in statu primorum Parētum ante peccatū fuit dare duos status. Primi Parentes fuerunt conditi sine gratia cum natura integra, sed postea per liberum arbitrium se conuertentes ad Deum adepti sunt gratiam. sed istud non cōcordat Scripturæ sacre, quæ non loquitur de statu primorum Parentum ante

A peccatum, nisi sicut de vno statu. propter quod, vel fuerunt producti in gratia, vel in toto illo statu non habuerunt gratiam. Non concordat etiā cum verbis Magistri, qui vult, q̄ Adam in illo statu, ut patet in 24. Distin. huius Secundi, accepit unde posset stare: non autem ubi posset proficere. Et in hac 29. Dist. ait, q̄ homo ante peccatum indigebat gratia operante, & cooperante. Non. n. habebat. quō pedem mouere posset sine gratiæ auxilio: habuit tamen, unde poterat stare: in toto ergo illo statu non habuit gratiam.

Propter quod est tertius modus dicēdi, quod Adam fuit creatus in gratia. Volunt enim isti, q̄ ille status cum natura integra non fuit, nisi vnus de hoc. sed, ut dicūt, possunt esse duæ opiniones: Vna Aug. qui ponit omnia facta simul, & perfecta: & huic opinioni concordat, q̄ Adā fuit productus perfectus in gratia. Alia potest esse opinio, q̄ res fuerunt productæ imperfectæ, & per processum temporis per curricula sex dierū fuerunt distinctæ, & perfectæ, siue ordinatæ: & istud concordat cum communi opinione Sanctorum.

Et quia dicunt se tenere cum August. dicunt, q̄ Adam fuit productus cum gratia: sed hoc nō cōcordat cum opinione Augustini. August. enim, ut patet in lib. suo super Gen. licet discordet aliquāliter in cōmuni opinione Sanctorū, nō tamē discordat omnino. Non vult enim, q̄ omnia pertineāt ad factionem illam, qua Deus creauit omnia simul: quia, ut ait 6. super Gen. Factio Eue de costa Adæ non pertinet ad factionem illā primā, qua Deus creauit omnia simul. Est ergo intentio August. q̄ omnia fuerunt facta simul, vel in se, vel in rationibus seminalibus, accipiendo rationes seminales largē: vel quæcunque sunt ex præiacenti materia, siue hoc fiat ex rationibus seminalibus, siue obedientialibus. secundum August. ergo ea, quæ videmus fieri secundum processum tēporis: quia quotidie videmus fieri homines, quotidie animalia, & arbores ex præiacenti materia: non oportet, q̄ ista fuerint facta simul cū alijs, ut sunt in seipsis: sed ut sunt in rationibus seminalibus.

Ipse ergo sidera, cuiusmodi sunt Sol, & Luna, & alia Stellæ: quia non videmus ea fieri per processum temporis, & non videmus noua sidera generari: ista pertinent ad factionem primam, & fuerunt in factione illa facta secundum se, non secundum rationes seminales, ut ait August. in principio 6. super Gen. Postea dicit de Eua, q̄ non pertinet ad factionem primam, sed pertinet ad rationes seminales. Postea ad hoc inferius in eodem 6. loquitur de Adam, & Eua dicens, q̄ fuerunt facti secundum rationes seminales: sed non eodem modo, ut fiunt modo communiter homines. Quicquid ergo sit ex præiacenti materia secundum se, non pertinet ad illam primam factionē, sed dicitur pertinere ad rationes seminales: & quia Adā fuit factus ex præiacenti materia, quia de limo terræ. Eua etiam ex præiacenti materia, quia de costa viri: ista pertinent ad rationes seminales. Propter quod non solum secundum alios Sāctos, sed etiam secundum August. prius fuerunt facta imperfecta, postea perfecta. Ponentes ergo primos Parentes

Hæc inscriptio nunc non habetur, sed legitur sic: De bñdictionibus Jacob. tomo 3.

Tomo 3.

Tomo 3.

Adam stare
poterat, sed
non profi-
cere.

Parentes esse productos in gratia, nec tenet cum Augustino, nec cum alijs Sanctis, et li allegat Dionysium, qui videtur hoc sentire de Angelis, licet hoc non concordet cum alijs Sanctis: secus tamē est de Angelis, & de Hominibus. Angelis enim paruula morula sufficit ad statum viæ, vt possint se conuertere, vel auertere: Hominibus autem nō sic. Discordat autem hæc opinio à positione Magistri, qui, vt patet 24. & 29. Dist. vult, qd Adā acceperit, vnde posset stare: non autem vnde posset proficere. Propter quod Magister discordat ab omnibus tribus narratis opinionibus. Discordat enim à prima: quia secundum sola naturalia Adā non posset stare. Discordat à secunda, secundum quam, licet non fuerit productus in gratia; tamē ante, quā peccaret, adeptus est gratiam, quo posito, non solum habuit ante peccatum, vnde posset stare, sed etiam vnde posset proficere. Discordat etiam à tertia, vt est per habitā declaratum. & quia tutius est tenere cum Magistro, vbi rationabiliter loquitur, & vbi cōcordat cum Sanctis, & Doctoribus: ideo in hac parte opinionem Magistri tenētes dicimus Adam non esse in puris naturalibus productum, nec gratiam habuisse ante peccatum: sed habuit quoddam donum gratuitum, i. originalem iustitiam, per quam poterat stare, sed non proficere.

Vtrum autem hoc cōcordet cum opinionibus Sanctorum, vel Doctorum, & vtrum concordet cum Canone Bibliæ: & vtrum illa originalis iustitia posset dici gratia: vtrū, Adam sine gratia, vel originali iustitia posset se præseruare a peccato: vtrum dictum quorūdam Magnorū possit reduci ad veritatem nostram: vtrum positio Aug. concordet nostræ veritati: & vtrum originalis iustitia possit dici propriè gratia: in quæstionibus de alterius huic quæstioni annexis per ordinem apparebit.

D V B. I. L A T E R A L I S.

*An Magistri opinio de gratia, & Sanctorum,
ac Doctorum dictis discordet,
Conclusio est negatiua.*



VTERIUS forte dubitaret aliquis: Vtrum opinio Magistri cōcordet cum opinionibus Sanctorū, & Doctorum: siue vtrum ex dictis Sancto- rum, & Doctorum possimus ratio- nes sumere ad declarandam opinionē Magistri, quam superius in 24. Dist. eam nō asserentes sub dubio dimisimus; Dicendū, qd possumus ad præ- sens tripliciter declarare opinionem Magistri rationabilem esse, & posse ad eam rationes haberi ex dictis Doctorum, & Sanctorum. Vt prima via sumatur, prout ille status Adæ comparatur ad mandatum ipsi factum. Secunda, prout compara- tur ad suos posteros. Tertia, prout comparatur ad statum nostrum, in quo non sub Adam primo Parēte nostro: sed sub Christo, nostro Capite, & nostro Mediatore spiritualiter militamus.

Prima via sic patet: nam nulli vnquā fuit clau-

A sa semita salutis. quod ergo Adam non accepisset aliquod donum gratuitum, per quod posset stare, sed necesse esset ipsum mortaliter peccare: hoc esset secundum August. 1. Retractionum, ^{Tomo 1.} retorquere culpam in Deum omnium naturarū Conditorē. A libero enim suo arbitrio peccatū Adæ assumpsit originem, non à necessitate naturæ, in qua est conditus. Propter quod Aug. dicto lib. & cap. ait: Qui negant ex libero voluntatis arbitrio mali originem duci: Deū, si ita est, Creatorem omnium naturarū culpandum esse concedunt. Asseritur ergo per hoc opinio Magistri, qd datum fuit Adæ, vnde posset stare. Sic etiā 17. de Ciuit. Dei: Præceptum obseruandum, & memoria retinendum, tam facile, tantō maiore in- ^{Tomo 5. c. 12.} iustitia violatum est, quantō faciliore posset obseruantia custodiri. Non ergo solum accepit vnde posset stare, sed etiā vnde posset facilius stare.

B Quod autem non accepit vnde posset proficere, potest patere per Hugo. lib. 1. par. 6. c. 24. Nam si primum mandatū impleuisset, forte conueniens fuisset, qd gratiam fuisset gratum facientem adeptus: sed primum mandatū preteriens, huiusmodi gratiam non accepit. Non sunt autē huiusmodi verba Hugonis, sed ad hoc trahi pos- sunt. Si ergo primum mandatū impleuisset, nō solum habuisset originalem iustitiam, quam accepit à sui primordio, vt posset stare. Sed forte accepisset diuinam gratiam, per quam posset proficere.

C Secunda via ad hoc idē potest sumi, prout ille status comparabatur ad posteros ipsius Adæ. Nam, vt videtur distinguere Ansel. in de conceptu Virginali, aliud videtur esse peccatum naturæ, aliud personæ. Peccatū ergo originale, vel carentia originalis iustitiæ cum debito habendi eam, potest dici peccatum naturæ: quia naturaliter Adam hoc peccatum transfudit in posteros. Iuxta illud ad Romanos: Per vnā hominē peccatum intrauit in Mūdum, & per peccatū mors. Dicitur enim hoc fuisse peccatū naturæ: quia datum fuit Adæ donum originalis iustitiæ, nō vt singulari personæ, sed vt principio totius humani generis. Et si transfudit originalem culpam, quia Deus pronior est ad miserendum, quā ad condemnandum, multo fortius transfudisset originalem iustitiam: non sic transfunduntur personalia, vt naturalia. Propter quod nō immerito Damasc. lib. 1. c. 8. dicit, qd generatio est opus naturæ.

D Sed si quæretur de personalibus, vtrum transfundantur de parente in prolem; Dicemus, qd aut illa personalia sunt corporalia, & talia aliquando transfunduntur, aliquando non: vt homo formosus, si non sit validum semē, non faciet hominem formosum: sed si sit validum semē, poterit sibi prolem assimilare, quia si sit validum semē, formosus, vt plurimum, generabit formosum, & albus albus. Album enim, & formosum non sunt accidentia speciei, sed indiuidui, & maxime in hominibus. Sed si loquamur de accidentibus spiri- tualibus, non de his, quæ dicunt aptitudinem, sed de his, quæ dicunt actum: nunquam generans as- similabit sibi prolem: vt, nūquam Grammaticus generabit

Peccatū na-
turæ differt
à peccato
personæ.

Rom. 5.

Formosus
vt plurimū
formosū ge-
nerat: & al-
bus albus.

gratia gra-
tum facies
est donum
personale.

generabit Grammaticum. Et quia gratia gratū faciēns videtur esse donū personale, quod Adā in sui primordio, & ante peccatum accepisset, quod non transfudisset in posteros, non videtur conueniens. Cum etiam esset Adam in ætate adulta, in qua nullus recipit gratiam, nisi consentiendo per liberum arbitrium: non videtur rationabile, Adā fuisse productum in gratia: nec videtur conueniens, q̄ habuerit gratiā ante peccatum: tamen, quia habuisset, quod nō trāsfudisset in posteros, quod est irrationale, quantum ad gratiam: tum etiam, quia habuisset eam ante impletionem primi mandati.

Possumus etiam & tertiam rationem tangere, prout status ille, in quo, si permansisset, militauissemus sub Adam: quia verō non permansit, & interruptus fuit status ille, militamus sub Christo. Quod autem status Adæ simpliciter præferretur statui, in quo militamus sub Christo, nō videtur esse conueniens. Ideo dicemus cum Aug. de Ciu. Dei lib. 11. q̄ primus Homo fuit beator nobis, sed nos possumus esse beatores eo. Ait enim, q̄ quātum pertinet ad delectationem presentis boni, beator erat primus Homo in paradiso, quā quilibet iustus in hac infirmitate mortali. Quantum autem ad spem futuri, beator est quilibet iustus in quibuscumque cruciatibus corporis, qui certa spe potest sine fine, & sine molestia societatem Angelorum habere. Loquitur ergo Augustinus de iusto habente gratiam, qui potest habere firmam spem de illa societate Angelorum: quia nūquam potest cadere à gratia, nisi velit. Habuit ergo Adam in sui primordio originale iustitiā, per quam poterat stare: sed non habuit gratiam, per quam posset proficere: quia tunc iusti militātes in hoc statu sub Christo, nullo modo ei præponerentur, sed omnia supponerentur: cuius contrarium sentit Aug. in verbis propositis.

D V B. II. L A T E R A L I S.

An Magistri opinio: Quod Adam habuerit, vnde flaret, sed non proficeret; à Scripturæ sacre diffis discordet, Conclusio est negatiua.

Agidius
adhæret o-
pinioni Ma-
gistri.



L T E R I V S fortē dubitaret aliquis, vtrum hæc positio Magistri, cui adhæremus: q̄ Adam accepit, vnde posset stare, non vnde posset proficere: concordet verbis Canonis, & Scripturæ. Vel possumus ex Scriptura sacra sumere rationes ad dictam positionem affirmandam; Dicendum, quod non possunt esse, nisi duo status viæ ordinati ad salutem nostram. Vnus fuisset sub Adam, quo interrupto, successit alius sub Christo. Et non possunt esse, nisi duo modi, per quos pōt vitari omne peccatum, videlicet originalis iustitiā, quam consecuti fuissēmus per Adam, nisi peccasset: & gratia, per quam sub Christo liberamur à peccato. Si ergo Adam fuisset productus in gratia gratum faciente, vel in illo statu ante peccatum adeptus fuisset eam, status ille Adæ omnino præpo-

nēdus esset statui, in quo militamus sub Christo: quia habuisset vnde faciliter posset vitare peccata per originale iustitiā, quam nos non habemus. Et habuisset vnde posset mereri gloriam: quia habuisset gratiam gratum faciente, in quo iactamus nos, & meritō esse super Adam. & hoc per Christum, per quem cōsequimur gratiam, & per quem post casum etiam ipse Adam consecutus est gratiam. Vnde Aug. vult 14. de Ciu. Dei, q̄ primus Homo mortuus spiritu volens, factus est corpore moriturus inuitus, & desertor æternæ vitæ fuisset mortuus æterna morte, nisi eum Dei gratia. Christi gratia liberasset. In eodem etiam lib. de Ciu. in pluribus locis vult, q̄ nemo saluatus est à principio Mundi vsque nunc, nisi in fide Mediatoris, & per gratiā Mediatoris, id est, Christi.

Tomō 5.
cap. 15.

Possumus autē accipere quinque de sacra Scriptura, q̄ status sub Christo est melior statu sub Adam, etiam ante peccatum: quæ quinque, licet possint referri ad Adam post peccatum, possunt etiam referri ad ipsum ante peccatum. Vnū est, quia primus homo Adam factus est in animā viuētem, nouissimus Adam in Spiritum viuificātem. Secundum, q̄ primus Homo est de terra terrenus: secundus Homo de cōlo celestis, quæ duo leguntur 1. ad Corinth. Tertio dicitur de Christo ad Ephesios: Renouamini spiritu mentis vestre, & induite nouum hominem, qui secundū Deum creatus est, in iustitia, & sanctitate veritatis. Dixit etiam Christus Ioan. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, &c. Dixit etiam Ioan. Si filius vos liberauerit, verē liberi eritis, quæ omnia possunt adaptari ad Adam, non solum post, sed etiam ante peccatum. Nam etiam ante peccatum Christus poterat dici celestis, & Adam terrenus: Christus in Spiritum viuificantem, Adam in animā viuētem. Christus nouus nos regenerans, & liberē liberans: Adam autem non sic, etiā ante peccatum. Sciendum ergo, q̄ status primi Parentis ante peccatum, & status iustorum post peccatum, vt patuit per Aug. se habent sicut excedentia, & excessa. Et hoc sufficit ad firmiter ostēdendum, Adam vltra originale iustitiā non habuisse gratiam gratum facientem: quia si habuisset vtrumque, nullus status, nec iustorū posset præferri illi. Habuerunt ergo se illi status, vt excedentes, & excessi: quia, vt diximus, quantum ad delectationem præsentis boni, ille status excedebat quātum ad firmam spem societatis Angelorum. Status iustorum etiam in hac vita excedit statum illum. Verūm, quia vbi est dare excedentia, & excessa, quantum ad simpliciter loquendo, vnū magis excedit simpliciter, quā aliud: potest probabiliter sustineri, q̄ status nunc iustorum est simpliciter magis excellens, quā status primi Parentis. Et si inueniatur aliquando cōtrarium dictum a nobis, vel ab alijs: potest exponi quantum ad aliquas excellentes cōditiones existētes in illo statu.

1. Cor. 15.
Ephes. 4.

Ioan. 3. & 1.

Dabimus ergo quinque differentias, propter quinque superius tacta inter statum primi Parentis, & istū statū iustorum. Primo, quia ille status magis fuit animalis: iste verō magis spiritualis, Secundo,

Secundo, quia ille status magis fuit in dominio terrenorum: iste magis in participatione societatis Angelorum, Tertio, quia iste status debet dici magis nouus propter participationem æternitatis: ille status non sic nouus, propter elongationem ab æternitate. Quarto, quia licet vterque status sit gratuitus tam primi Parentis, quam iustorum: ille tamen magis erat propinquus naturæ: iste autem magis propinquus gloriæ. Quinto, iste status est magis liber, ille minus liber.

Propter primum sciendum, quod ille status magis erat animalis: quod declarat præceptum eis datum, ut de omni ligno ederent, præterquam de ligno, &c. Sed esus ciborum ad animale statum pertinet, non ad spirituale: sed iste status magis est spiritualis. Propter quod præcipitur nobis, ut adhæreamus Deo, & simus vnus spiritus cum illo. Ideo Apostolus, ut supra tetigimus, loquens de primo homine, & de Christo, ait, quod primus Homo factus est in animam viuētem: quia status ille dici poterat animalis, sed Christus factus est in Spiritum viuificatē: quia status sub Christo potest dici spiritualis. Et quia, simpliciter loquēdo, spiritualis est potior animali, quamuis ille status haberet multas nobiles conditiones, quas non habet iste: simpliciter tamen loquendo, iste potest præferri illi.

Dicebatur autem secundo, quod ille status magis fuit in dominio terrenorum: quia productis primis Parentibus dictum fuit eis: Crescite, & multiplicamini &c. & dominamini, &c. Sed iste status magis est in participatione societatis Angelorum. Est enim status nunc iustorum in gratia gratum faciente, in qua participamus cum Angelis. Ille autem erat in originali iustitia, qua, propriè loquendo, non indigent Angeli: quia non habent sensualitatem repugnantem rationi, nec corpus animale indigens alimentis: immo eo ipso, quod nobis non restituitur originalis iustitia, qua non indigent Angeli: sed restituitur nobis innocentia, in qua fuerunt producti Angeli, & sub Christo datur nobis gratia, in qua participamus cum Angelis; sufficere instrumur, quod vita iustorum magis pertinet ad vitam Angelorum, quam primorum Parentum, ut sit vita iustorum tota cælestis, & dicant cum Apostolo: Nostra conuersatio in celis est. Ex hoc etiam concludi potest, quod vita iustorum, loquendo simpliciter, præferenda est vitæ primorum Parentum.

Dicebatur etiā tertio, quod iste status debet dici magis nouus, quam ille status: quia quantum ad illam gratiam, totus est in participatione æternitatis. Ideo potest dici nouus magis, quia hoc est esse nouum, esse propinquum suo principio: & quia per participationem gratiæ sumus propinquiores nostro principio. i. Deo, semper in statu isto iustorum nouitas pronuntiatur, iuxta illud: Renouabitur, ut Aquilæ iuuentus tua. Et iuxta illud Apostoli: Supra tactum renouamini, &c. Ille autem status non est sic nouus: quia non est sic in participatione æternitatis. Nam per originalem iustitiam non sumus sic participes vitæ æternæ, sicut per gratiam. cum autem non dicatur origi-

A nalis iustitia vita æterna, sicut dicitur: Gratia autem vita æterna. Esse autem præferendum simpliciter, quod est propinquius Deo æterno, & habet magis participationem æternitatis, non videtur esse dubitandum. Rom. 6.

Quarto autem dicebatur status primorum Parentum magis propinquus naturæ: status autem iustorum magis propinquus gloriæ. Erat autem ille status in posse non peccare: status nunc iustorum, non solum est in posse non peccare, sed in posse proficere, & gloriam habere. Ille ergo status erat in posse seruare naturam integram: iste autem in posse adipisci gloriam. Propter quod ille status non erat ita supra naturam, & ex hoc dici poterat propinquius naturæ. Iste autem status magis est supra naturam, & ex hoc potest dici magis propinquius gloriæ. Ex quo sequitur, quod sub Adam, si steteret, militauissemus ut nati: quia per ipsum nascendo habuissimus originalem iustitiam, per quam habuissimus aliquem ordinem ad gloriam magis propinquum, & magis directum, quam per solam naturam: licet non ita directum, nec ita propinquum, sicut per gratiam. Interrupto autem illo ordine sub Adam, militamus sub Christo, sub quo non ordinamur ad gloriam, ut nati, sed ut renati: non ut recuperantes originalem iustitiam, sed adipiscentes gratiam, quam esse, simpliciter loquendo, potiore originalem iustitia, cum sit magis quædam participatio diuinæ naturæ, & diuinæ gloriæ, quam illa, dubitari non debet.

C Dicebatur autem quinto, quod iste status, quem habemus sub Christo, est magis liber, quam ille, quem habuissimus sub Adam; dato, quod steteret. Et ideo, ut supra tetigimus, signanter dixit Dominus: Si filius vos liberauit, &c. Nam Adam non erat verè liber, dicente Magistro in hac Distin. quod Adam habuit, quod poterat stare: sed non habuit, quod posset pedem mouere. Non est autem vere liber, qui non potest stare rectus, ne cadat: & non potest mouere pedem, ut proficiat: & quia vtrunque facit gratia, non autem vtrunque fecisset originalis iustitia: ideo, simpliciter loquendo, ille status potest præferri illi, & possumus ex omnibus his concludere, quod iusti in hac vita habent gratiam, non originalem iustitiam: Adam autem ante peccatum habuit e conuerso, Gal. 4.

D V B. III. L A T E R A L I S.

An originalis iustitia gratia dici debeat.

Conclusio est affirmatiua.

Idque pro dono gratuito.

Ricar. dist. 30. quæst. 6.



V T R I V S fortè dubitaret aliquis: Vtrum illa originalis iustitia deberet dici gratia; Dicendū, quod debemus nos concedere, quod illa originalis iustitia fuerit gratia. i. fuerit quoddam donum gratuitū. Nam homo constitutus in puris naturalibus non potest

Phil. 3.

Gal. 102,

potest salutem consequi cum salus nostra, vt sæpe diximus, sit bonum supernaturale, cum non possimus salutem consequi, & esse beati sine visione Dei clara, & per essentiam, ad quam visionem nulla creatura naturaliter potest attingere.

Tom. 1

To. 1. c. 8.

Rursus constitutus in puris naturalibus non solum non potest salutem attingere, sed etiam non potest omnia peccata vitare. Adam ergo non fuit conditus in puris naturalibus, quia tunc non potuisset omnia peccata vitare. quod ponere de aliqua natura a Deo condita secundum August. Retract. Esset concedere Deum Creatorē omnium naturarum culpandum esse. Ne ergo secundum dictum August. Deum culpandum esse dicamus: oportet nos ponere hominem sic esse conditum, quod posset omnia peccata vitare. Non ergo homo fuit conditus in puris naturalibus: habuit ergo aliquod donum gratuitum superadditum naturæ, & quia omne tale donum gratia dici potest: originalis iustitia, in qua est conditus primus homo: gratia dici debebat. Ex hoc autem appa-

Hæc inscriptio non invenitur, nisi forte sub aliis uerbis, vide bene dictionibus Iacob Patriarchæ sententia in fine 3. tom.

parere potest veritas dictorum Aug. in quibus sibi ipsi contrarius esse videtur. Nam in lib. de vera innocentia videtur dicere, quod natura humana in illa integritate, in qua est condita, non potuisset se a peccato seruare sine gratia Creatoris. Sed in lib. 3 de libero arbitrio ait, quod rerum Creator ostendit, quanta facilitate potuisset homo, si uoluisset retinere, quod factus erat, cum proles eius potnerit superare, quod nata est, quod dictum secundum mentem Augustini, videtur referendum esse ad Christum. Videtur enim ibi Augustinus velle, quod Deus permisit Adam tentari, & rueri, quia sciebat de eo nasci prolem, quæ esset decus, ornamentumque terrarum. vel si uolumus hoc referre ad membra Christi, id est, ad nos; Dicemus, quod possumus superare, quod nascimur, quia nascimur in peccato, & possumus conuerti ad Deum, & adipisci gratiam. Ex his ergo dictis tantum habere uolumus, quod magna facilitate potuit vitare peccatum, & retinere se in statu, in quo factus erat. Cui concordat idem Augustinus de Ciuit. quod mandatum datum Adæ poterat de faciliiori obseruantia custodiri, ex quo concluditur, quod faciliter poterat uitare peccatum.

Cap. 15.

To. 5. c. 12.

Sed dices, quod forte faciliter potuisset seruare illud mandatum, Sed forte non potuisset faciliter implere mandatum sibi factum & alia fienda. Ad quod soluendum possumus adducere dictum August. lib. eodē, quod homo, cui custodiendo illud mandatum fuerat, futurus carne, spiritalis fieret, mēte carnalis. Carne enim erimus spirituales in patria, quia non indigebimus alimentis. Istud tamen dictum August. Non sic intelligendum est, quod homo statim de originali iustitia, per quam poterat seruare mandatum. statim fuisset translatus ad gloriam, quia saltem ordine naturæ ultra originalem iustitiam prius sibi data fuisset gratia, quam gloria. Ex omnibus autem his dictis videtur Augustinus sibi contradicere, cum in

A de uera Innocentia dicat, quod natura integra non posset se seruare a peccato: & de Libero arbitrio, & de Ciuit. Dei dicat, quod homo faciliter poterat seruare, quod factus est, & implere mandatum & uitare peccatum.

Dicemus ergo, quod aliud est loqui de natura integra secundum se, & aliud de natura integra, in qua factus est homo. Nam natura quantumcūque integra secundum se nullo modo posset se seruare a peccato: Verū quia Adam factus est in natura integra cum iustitia originali, per quam poterat se seruare ab omni peccato: ideo utraque uerba Augustini aliter, & aliter intellecta continent veritatem. Nam uerba de uera Innocentia debent intelligi de natura integra absque alia gratia, vel absque alio dono gratuito, secundum quem modum se a peccato seruare non posset. Verba autem adducta de libero arb. & de Ciuit. Dei intelligenda sunt de natura integra: prout in ea simul cum originali iustitia factus, vel conditus est Adam.

D V B. IIII. L A T E R A L I S.

An natura integra sine iustitia originali se a peccato præseruare potuisset.
Conclusio est negatiua.



Vltimus forte dubitaret aliquis, quomodo natura integra sine gratia, vel sine originali iustitia, non potuisset se præseruare a peccato. Dicendum quod gratia gratum faciens sufficit ad seruandum se a peccato non solum in natura integra, sed et in natura corrupta. Ideo de hoc non oportet, esse quoniam. Loqui autem de originali iustitia non habet locum, nisi in primis parentibus, quia nulli habuerunt eam simpliciter, nisi primi parentes ante peccatum. Habuerunt autem eam aliqui quantum ad aliquid, ut Christus assumpsit originalem iustitiam quantum ad animam, quia nihil posset in eo insurgere in inferioribus viribus, quod repugnaret rationi, & nullum peccatum in ipso fuit, sed solus inuentus est inter mortuos liber. oēs autem alij in originali peccato concepti sunt. * Ipsa etiam uirgo Beata, licet concepta fuisset oē peccatum actuale, & veniale, & mortale; Non tamen effugit peccatum originale. Nec est commendare eam, dicere non fuisse conceptam in peccato originali. quia dicere hoc est idem, quod dicere eam non fuisse membrum Christi. nam in tantum sumus membra Christi, in quantum per suam gratiam liberat nos a peccato originali, nel actuali. Fuit enim beata Virgo membrum Christi, quia secundum Augustinum in de uero uirginali: Beata Virgo prius concepit Christum mente, quam carne: & beator fuit, ipsum concipiendo mente, quam carne.

Redeamus ergo ad propositum, & dicamus quod natura quantumcūque esset integra sine originali iustitia, vel sine ulteriori gratia non potuisset se præseruare a peccato. Vide etiam Amill. tit. exc. 71. & alias supmas. Vide D. Bon. 3. sent. d. 3. art. 1. q. 1. Vbi agitur de eius festi celebratione, & in diuisione. Vide etiam Aegid. d. 30 q. 1. art. 3. Et d. 31. q. 1. art. 2. Sed subtilissime quidem Quod. 6. q. 20. Contrarium huius tueretur Tho. Arg. 2. sent. d. 30. q. 1. art. 3.

Aegid. super ij. Sent. Kk ser-

* Virgo Maria fuit concepta in peccato originali. ut ait Doctor noster. Synodus autem Tridentina hæc controuersia non determinat. Sess. V. de peccato originali. Sed conclusiones Christi 4. sub iisdem penus innotuat. Nam in extrauaganti com. li. 3. de Religis. & Vener. Sact. c. Graue nimis: Xylus pōt. 4. excommunicat eos. q. dicunt eos esse excommunicatos, qui asseruerunt unā, aut alteram opinionem, id est, B. Virginem esse conceptā, aut non conceptam in peccato originali. Vira quo enim teneri potest, nec incurritur excommunicatio, nec peccatum. Vide etiam

seruare a peccato. Nā originalis iustitia, vel originalis æquitas, quia ipsa iustitia quidam æquitas est, in tribus equitatibus existeret scilicet n. illam iustitiā omnia inferiora erant subiecta suis superioribus. Inuenimus autē triplicē inferioritatem in homine: vna est rationis ad Deum; alia sensualitatis ad rationem; tertia corporis ad animam. In omnibus his inferioribus, & subiectionibus est quedam iustitia, & quedam æquitas, quia iustum, & æquum est, quod ratio sit subiecta Deo; sensualitas rationi, & corpus animæ. Prima autē subiectio erat causa, & ratio aliarum subiectionum. Nam quod diu ratio voluit esse subiecta Deo: sensualitas fuit subiecta rationi, ut nullus motus insurgeret in sensualitate, qui repugnaret rationi. Et corpus erat subiectum animæ, quia nulla infirmitas, nulla inæqualitas humorum insurrexisset in corpore, quæ repugnasset animæ; & quæ esset causa expellendi animam a corpore. Sed ratione, vel anima rationali rebelante suo Superiori, Deo, iusto iudicio Dei alia inferiora rebellauerunt sibi, ut sensualitas rebellauit rationi, & caro animæ, ut potest haberi ab Aug. lib. 13. de Ciui. Dei, & in multis aliis locis etiam eiusdem libri. Istæ autem tres æquitates, quæ fuerunt in Adam, simpliciter loquendo, ut communiter dicitur, non fuerunt naturales. Nam non fuit naturale in Adam, quod ratio esset sic subiecta Deo, ut posset vitare omne peccatum mortale, & veniale: sed hoc competebat Adæ ex originali iustitia, quæ erat donum gratuitum superadditum naturæ. Sic etiam, quod sensualitas esset subiecta rationi, ut nullus motus insurgeret in sensualitate, qui repugnaret rationi; naturale esse non poterat, quia naturaliter quilibet videt legem in membris suis repugnantem legi mentis suæ. Immo statim cum Adam rebellauit Deo, transgrediendo mandatum, sensit pruritus in carne, & vidit legem in membris repugnantem legi mentis, ut vult lib. 13. Aug. de Ciui. Sic etiam non est naturale, quod corpus sit subiectum animæ, quod nulla infirmitas, nulla inæqualitas humorum insurgat in corpore repugnans animæ. Et quia ista tria, quæ faciebat originalis iustitia, non sunt naturalia, sed magis sunt supra naturam: consequens est, quod originalis iustitia non erat natura, ut communiter de natura loquimur, sed gratia; vel non erat quid naturale, sed magis erat donum gratuitum. Et quamuis originalis iustitia possit dici gratia gratum faciens: magis tamen debet dici gratia, quam originalis iustitia.

D V B. V. L A T E R A L I S.

An dicta afferentium, Adam in gratia gratum faciente non fuisse creatum, ad veritatem reduci possint.

Conclusio est affirmatiua.



VTERIVS fortè dubitaret aliquis, cum habitum sit, aliquos magnos Doctores contradicere huic veritati, Adam non fuisse creatum in gratia gratum faciente: vtrum eorum dictum possit reduci ad veritatem.

A Dicendum, quod dicti magni Doctores moderauerunt dictum suum in summis suis, quod dixerant super sententiis. Nam in sententiis posuerunt hominem creatum in gratia, dicentes hoc concordare cum Augustino, ponente simul omnia perfecte fuisse producta. sed quomodo hoc, quantum ad hominem, non concordet, cum Augustino, est superius declaratum; sed in summis, ubi hanc questionem mouent: Vtrum primus homo fuerit creatus in gratia: volunt hominem fuisse creatum in gratia, quia hoc requirebat rectitudo sui status. Iuxta illud Eccl. Deus fecit hominem rectum, &c. Igitur ex rectitudine status probant hominem fuisse creatum in gratia. Illam tamen rectitudinem totam retorquent ad originalem iustitiam commemorando illas tres subiectiones, quas facit originalis iustitia, non esse naturales, sed gratuitas, secundum hoc est eorum intentio ponere Adam fuisse creatum in gratia, quia fuit creatus cum originali iustitia, quod est simpliciter concedendum: Verum quia cum loquimur absolute de gratia; intelligimus de gratia gratum faciente, quia illa est, quæ per omnem modum est gratia, & illa debet dici integra gratia.

Dicemus enim, ut dicit Aug. 3. de lib. arb. quod cum loquimur proprie de natura humana: loquimur de ea, ut fuit in primo homine, id est, ut fuit integra. Et quod ipse dicit de natura, possumus nos dicere de gratia. quia cum loquimur de gratia proprie intendimus loqui de gratia gratum faciente, quæ est proprie gratia, & per omnem modum gratia, secundum quod potest esse in via: nec negamus, quin gratia gratum faciens in via, & in patria possit esse vna maior alia. Nam licet rosa sit pulcherrimus florum, vna tamen est pulchrior alia. Dicitur ergo rosa pulcherrimus florum, ut comparatur ad alios flores, non tamen, ut vna comparatur ad aliam. Sic & gratia gratum faciens dicitur propriissime gratia, ut comparatur ad alias gratias gratis datas: non autem prout vna gratia gratum faciens comparatur ad aliam: Verba ergo illa magnorum Doctorum, prout iacet in summis, possumus calumniare verbaliter: prout loquuntur de gratia, quæ est originalis iustitia, ac si loquerentur de gratia simpliciter, per quam possumus proficere, & mereri vitam æternam secundum rationem: tamen illa verba, sunt eadem cum nostris, quantum ad solutionem principalem. In solutionibus autem argumentorum aliquantulum deuiant a nobis dicti magni Doctores.

D V B. V I. L A T E R A L I S.

An D. P. Augustinus senserit, Adam ante peccatum gratiam gratum facientem non habuisse.

Conclusio est affirmatiua.

Capr. d. 29. q. 1. art. 2. Tho. Arg. d. 29. q. 1. art. 3.



VTERIVS cum August. in questionibus veteris, & noui testamenti, q. 227. specialiter hanc questionem tractet. Vtrum Adam accepit Spiritum, quod

Lib. 13. To. 3.
6. 43.

To. 5. c. 13.

D. Thomas
hic debet
telligi.

z. ed.

Tomor.

Rosa pulcherrimus florum.

quod idem videtur esse, qd Vtrum Adā ante peccatum habuerit gratiam gratum facientem: forte dubitaret aliquis, quā fuerit intentio Augustini.

Circa hanc materiam dicendū, vt potest pate-
re p habita, duos fuisse modos salutis, nec potuif-
se esse plures: vnum sub Adam, & aliū sub Chri-
sto. Et si Adam perstitisset: modus salutis sub
Adam habuisset plures status. Nam Adam prius
fuit productus, cum iustitia originali, & iste sta-
tus durasset, vsque ad impletionem præcepti. Si
autem stetit, & impleuisset præceptum sibi fa-
ctum, stetit sine impletionem mandati, vsque ad
beneplacitum Creatoris: & vsque quod Deus
ordinauerat, incepisset alius status eius, & simul,
cum originali iustitia fuisset sibi collata gratia
gratum faciens, in qua sine morte, de vita, qua po-
terat non mori, translatus fuisset ad vitam, qua
non potuisset mori. Propter quod Hugo de san-
cto Victore li. 1. parte 6. c. 19. ait. Quod diu autē
in hac uita terrena homo manere debuisset, argu-
mentum maius haberi non potest, nisi quia pba-
bile omnino est, quod post peractam obedientiā,
si in ipsa obedientia perstitisset, statim, supple iux-
ta diuinam prouidentiam, ad premiū ipsius obe-
dientiæ trāsferri debuisset, quatenus sine mortis
interpositione de primo statu, vbi habuit posse
non mori; ad alium statum transiret, vbi amplius
mori iā omnino non posset. Interrupto ergo illo
ordine ex inobedientiā Adē ex illo primo modo
saluādī, siue ex illo ordine, nec ipse Adā, nec alius
saluatus est. sed illi ordini, vel illo mō salutis suc-
cessit alius ordo; & illi primo Adā, qui fuit de ter-
ra terrenus: successit secundus Adam. i. Christus,
qui fuit de Cēlo Cēlestis, quicumq; ergo sunt sub-
secuti salutē, per Christum sunt consecuti, vt nul-
li ab initio mundi, vsq; in finem, siue præcedētes
Christum, siue sequētes possint consequi salu-
tem, nisi per Christum, vt non sit aliud nomē, sub
quo oporteat nos saluos fieri, nisi Christus, Iesus,
& hoc per gratiam gratum facientem, quā cre-
dentes in ipsum consequimur. Propter qd Hu-
go libro j. parte 8. c. 1. dicit: Scias ergo quocun-
que tempore ab initio mundi vsque in finē, nul-
lum fuisse, vel esse vere bonum, nisi iustificatum
per gratiam. gratiam autem nunquā aliquam
adipisci potuisse, nisi per Christum, vt per omnes
siue præcedentes, siue subsequentes vno iustifica-
tionis remedio saluatos agnoscas. Considerēt er-
go, qui ante peccatū dicunt Adam grām gratum
facientem habuisse. quia nisi per Christum, nun-
quā talis grā fuit habita. Ipse ergo Adam, & oēs
alij per Christū habuerūt huiusmodi grām, & vs-
que in finē non, nisi per Christū habebūt. Certū
est. n. qd si ordo salutis sub Adā fuisset cōtinuatus,
& non fuisset interruptus, post peractā obedien-
tiam ipse Adam, & sui posterī sub eo gratiam gra-
tum facientem habuissent: sed interrupto illo or-
dine, & succedente ordine Christi mediatoris:
nullus habuit huiusmodi gratiam, nisi per fidem
Christi, & sub Christo, dicere ergo Adā habuisse
gratiam gratum facientē ante peccatū, cū habens
huiusmodi gratiā sit dignus vita æterna, & sit di-

Adam si in
gratia gra-
tum faciente
fuisset crea-
tus, qd nā
absurdū se-
quatur.

Agnus salute: est dicere aliquem non sub Chro,
nec per Christum habuisse gratiam, & esse dignū
salute, quod est contra veritatē, & contra dictum
Hugonis dicentis, quod quocunq; tempore ab
initio mundi vsq; in finem, nullum habuisse gra-
tiam, nisi per Christum.

Et qd qd specialiter querit de intēctione Aug.
hac veritate patefacta, descendemus ad mentem
Aug. tactam in qōne proposita ueteris, & noui te-
stamenti: vbi ratione improbat opiniones dicen-
tium, qd quia Dei perfecta sunt opera: Adam fuit
productus perfectus: & iō, vt dicūt, fuit pductus
in grā: vel ante, qd peccaret, habuit gratiam, vel ac-
cepit Spiritum sanctū, qui sp datur cum grā. Re-
citemus ergo verba Aug. in loco præassignato di-
centis: Comperi quosdā ex fratribus nostris nō
planē discussisse scripturas, sed simplicitate animi
asseuerasse, qd Adam factus, sanctum accepit Spi-
ritum, quem peccando amisit, sicut nunc datur
credentibus: hac educti ratione, qua solet asseue-
rari, à plurimis, quia per fidem restauratus est ho-
mo: ita vt ad pristinum reditus statum: hoc omno
acciperet, quod inter initia Adam fuerat conse-
cutus: & quia perfectus homo factus, dicebant:
ideo si non habuit, inquit, sanctum Spiritum;
imperfectus fuit. In hoc ergo dicto si verum ef-
set argumentum, dupliciter Adam fuisset produ-
ctus in gratia. Nam fuit productus perfectus: &
quia quod sine gratia est, imperfectum: ideo fuit
Adam productus in gratia.

Rursus quia per fidem homo restauratus est,
vt ad primum reditus statum omne hoc accipe-
ret, quod inter initia Adam fuit consecutus,
C sed homo per fidem restauratur ad gratiam gra-
tum facientem: ergo Adam in suo initio habuit
gratiam gratum facientem.

RESP. AD ARG. Ad hæc autem duo argu-
menta respondet Aug. in eadem quæstione: re-
spondet enim ad argumentum de perfectione di-
cens: Nam quæ facta sunt, perfecta quidem sunt:
sed ad id, quod facta sunt. Adam ergo fuit factus
perfectus, sed sufficit, quod haberet illam perfe-
ctionem, ad quam factus erat. factus autem erat
ad hanc perfectionem, ut posset faciliter uirare
peccatum, & faciliter posset hostem superare,
& mandatum diuinum implere, vt supra per Au-
gust. multipliciter est probatum: Accepit ergo
Adam hanc potestatem superandi faciliter inimi-
D cum, & faciliter implendi mandatum diuinum,
& sibi cauendi faciliter a peccato, quia hoc pote-
rat per solam originalem iustitiam: ideo cum ori-
ginali iustitia est productus, & cum illa stetit vs-
que ad transgressionem mandati. Gratiam gra-
tum facientem non habuit ante peccatum, quia
stantibus conditionibus, vt steterunt: huiusmodi
gratiam a principio mundi usque in finem nul-
lus unquam habuit, nec habebit, nisi per Christū,
vt est superius declaratum: & quia Christus est se-
cundus Adam: ideo Adam in illo sui primordio
huiusmodi gratiam non accepit.

Soluta ergo per August. ratione, quod Adam
productus esset perfectus; volumus per eundem
Aegid. Super ij. Sent. K k 2 Au.

August. in eadem quæstione soluere rationem aliam, quod homo per fidem ad statum pristinum restauratus accepit hoc omne, quod inter initia Adam fuerat consecutus. Ad quod dicere possumus, quod homo per fidem sic restauratus est, quod non solum accipit, quod Adam ab initio fuerat consecutus, sed etiam accipit ultra, quam Adam fuerit consecutus. hoc enim fuerat consecutus, ut Augustinus ibidem dicit, ut positis in Paradiso coleret terram, & operaretur, & custodiret illam, &c. Hoc etiam consecutus fuerat, ut haberet dominium super hæc sensibilia. Videlicet super pisces uolatilibus, & aliis animalibus, quæ omnia possunt dici terrena, quia in omnibus dominatur elementum terræ. Nam si motus istorum animalium & piscium sit in aqua; volatilium sit in aere; motus tamen omnium naturalis est tendere ad terram. Hoc etiam fuerat consecutus, quod per illam originalem iustitiam, in qua est productus, ordinabatur ad vitam animalem, & ut indigeret cibis, erat ergo Adam de terra terrenus, quia omnia ista terrena sunt, ut ex verbis Augustini haberi potest, sed nos per Christum ultra hoc consequimur, quia habemus gratiam gratum facientem, per quam sumus cælestes, & viuimus vita cælesti, & per quam ordinamur ad illam, in qua nullis indigebimus alimentis. Adam ergo, quia constitutus est super terrena, factus est de terra terrenus; Christus vero, sub quo incepit cælestis, & spiritualis vita; factus est de cælo cælestis, sub Adam ergo fuisset de terra terreni, sub Christo facti sumus de cælo cælestes, quia talis terrenus, tales terreni; & qualis cælestis, tales cælestes. Adam etiam quia factus fuit in animam viuente; nos sub ipso vixissemus secundum animalem vitam. Christus vero, quia factus est in Spiritum viuificantem: nos sub ipso spiritualiter viuimus, & nos per ipsum spiritualiter viuificamur. Consequimur ergo per Christum ultra, quam habuit Adam ab initio, quia Adam ab initio habuit originalem iustitiam, nos per Christum adipiscimur viuificantem gratiam, quæ duo ad inuicem comparata, licet se habeant, ut excedentia, & excessiva, tamen, ut supra declarauimus, simpliciter loquendo; plus est viuificans gratia, quam originalis iustitia. Omnia autem verba præfata ponit Augustinus, in quæstione præfata in lib. Veteris, & noui testamenti. ex quibus manifeste colligitur, quod primus homo ante peccatum, & in sui primordio secundum intentionem Augustini. Non habuit gratiam gratum facientem nec accepit Spiritum sanctum, ut accipiunt fideles, cum quo semper datur gratia gratum faciens; adduximus ergo præfata verba in hac quæstione ad declarandam intentionem Augustini. & adduximus ea in aliis quæstionibus ad declarandam intentionem Apostoli,

1. Cor. 15,

Tomo 4,

AD VB. VII. LATERALIS.

*An proprie originalis iustitia gratia dici debeat.
Conclusio est affirmatiua.*

Idque proprie, & magis proprie non autem maxime proprie.



LATERIVS forte dubitaret aliquis de ipsa originali iustitia, quam habuit Adam: Vtrum proprie possit dici gratia. Dicendum quod gratia potest sumi quadrupliciter secundum, quod ad quatuor potest comparari, vel referri.

Primo enim potest referri ad sui nominis etymologiam. Secundo ad ipsam naturam, cui est superaddita, & quam perficit, & a qua distinguitur. Tercio potest comparari ad ipsos bonos, in quibus est, & quos separat a malis. Quarto ad ipsa opera, quæ reddit grata, & meritoria.

Propter primum sciendum, quod gratia secundum sui nominis Etymologiam est idem, quod gratis data, uel sine præcedentibus meritis exhibitata, secundum quem modum gratia sumitur ualde largè. Nam etymologia nominis aliquando est ualde largior, quam res, quam significat nomen: ut lapis secundum suam Etymologiam dicitur sedes pedis. Multa tamen sunt sedesia pedis, quæ non sunt lapides. Hoc ergo modo loquendo de gratia, ut est gratis, & sine meritis data; sic & ipsa natura potest dici gratia, quia ipsa natura est gratis, & sine meritis exhibitata. Prius est, n. gratis, & sine meritis exhibitata natura, quam ipsa gratia. Hoc est, n. meritis exhibitum, quod proprie operibus tributum. Sed nullo modo propria opera possunt præcedere naturam, cum agere præsupponat esse. Ante ergo quam res sit, & habeat propriam naturam, non potest habere propria opera, nec proprium agere. Gratiam ergo proprie sumptam, prout habet esse in nobis uiuatoribus, possunt præcedere propria opera, & in adultis præcedunt, quia sine motione liberi arbitrii, adultis non datur gratia; illa tamen opera præcedentia non sunt proprie meritoria gratiæ, sed aliquo modo possunt esse ordinantia ad illam. Sed ipsam naturam nullo modo possunt præcedere propria opera, nec meritoria, nec alia, ut hoc modo magis dicatur natura esse gratia, quam ipsa gratia, sed sic loqui de gratia est ualde largè, quia omnia includit, et ipsam naturam. Cum ergo nullo modo possit dici proprium, quod est omnibus cõe, quia semper dicitur proprium, quod separat ab aliis, & quod non cõuenit omnibus, quibuscunque modis sit supra gratia, nullo modo sumetur proprie, sed ualde largè. Secundo potest sumi gratia non secundum Etymologiam nominis, sed secundum rem, quæ significat nomen. & quia hoc significat nomen gratiæ, quod est superadditum nature, & in quod non potest natura naturaliter, hoc modo dicitur gratia, omne, quod est sic superadditum nature. Sumetur ergo hoc modo gratia, ut comparatur ad naturam, & ut distinguitur a natura. Et sumetur proprie, quia sumetur, ut separat ab omni hoc, quod non est proprie gratia. Nam sola natura proprie gratia dici non debet;

D

debet, loquendo de rebus bonis, quia malum nō est natura, nec gratia, nec est existens, quia non est substantia: nec in existentibus, quia non est accidens. Dicimus autem, q̄ gratia, vt distinguit a natura, potest dici propriē gratia, sed non dicimus, q̄ proprium non habeat comparisonem, & gradus, & quin non sit dare proprium, & magis proprium: nec dicimus, quin sit dare gratiam magis propriē sumptam, quā modo, quo diximus.

Tertio modo potest sumi gratia prout comparatur ad bonos, in quibus est, & quod non habet esse nisi in bonis, & quod separat bonos a malis, & hoc modo sumitur gratia non solum propriē, sed etiam magis propriē. Nam gratia hoc modo sumitur, non solum, vt est superaddita naturæ, secundum quem modum, licet sit sumpta propriē, potest esse bonis, & malis communis. quia multi mali prophetauerunt, & fecerunt miracula, & habuerunt genera linguarum: sed gratia sic sumpta non potest esse nisi in bonis. Et hoc modo, loquendo de gratia, originalis iustitia, quam habuit Adam, potest dici gratia.

Cum ergo quæritur: Vtrum originalis iustitia possit dici gratia propriē: Patet quod non solum propriē, sed etiam magis propriē: non tñ maxime propriē, nec per omnem modum propriē.

Quarto modo potest sumi gratia non solum, vt comparatur ad nominis Etymologiam, nec solum, vt refertur ad ipsam rem, quam significat gratia, secundum quem modum omnia bona superaddita naturæ possunt dici gratia: nec solum, vt refertur ad sua subiecta, vt quia non hēt esse nisi in subiectis bonis, vel in hominibus bonis: sed vt continet omnia ista, & vt refertur ad omnia ista, & adhuc amplius, vt refertur ad ipsa opera, quæ reddit grata, & meritoria. Et sic omnino propriē sumitur gratia, secundum quem modum gratia gratum faciens dicitur gratia, quæ est in uia, & in patria. sed hic est imperfecta, ibi erit perfecta, patet ergo, quod gratia sumitur quadrupliciter, omnino largē, & sic natura dicit gratia propriē. & sic omnia bona superaddita naturæ possunt dici gratia magis propriē: & sic bona superaddita naturæ, quæ non possunt habere nisi boni, tamen non reddunt opera meritoria: possunt dici gratia. Et hoc modo sola originalis iustitia, vel bona, quæ sequebantur eam, debent dici gratia. Quarto modo sumitur gratia per omnem modum propriē, & maxime propriē, quæ non solum habet esse nisi in bonis, sed etiam reddit opera bona, & meritoria, & sic gratia gratum faciens dicitur gratia.

RESP. AD ARG. ART. II.

Ad primum dicendum, q̄ Adam fuit spoliatus gratuitis, non q̄ haberet gratiam gratum facientem, sed quia habebat originale iustitiam, quæ gratia propriē, & magis propriē: licet nō per omnem modum propriē: dici poterat.

Ad secundum dicendum, q̄ isto modo fuit in Adam charitas, sicut & gratia. quia semper chari-

tas datur secundum mensuram gratiæ: sicut ergo erat in Adam gratia, per quam poterat stare, non autem mereri, nec proficere: oportet etiā, q̄ isto eodem modo fuerit in eo charitas: aliter enim implicasset cōtradictionē, q̄ una, & eadem persona, simpliciter loquendo, posset stare, & non stare, vel posset proficere, & non proficere. Si ergo habuit gratiam, per quam poterat stare, & non proficere: habuit hoc modo etiam charitatem. Et per hoc patet solutio ad tertium.

Ad quartum dicendum, quod Adam fuit beatissimus secundum illum statum, secundū quem erat factus. Non erat factus ad proficiendum, sed ad standum. Hoc ergo modo erat beatissimus, quia erat summus secundum illum modum. Non enim poterat ascendere, sed descendere secundum statum illum. Et si poterat ascendere, hoc erat secundum statum alium, accipiendo gratiam, secundum quam non solum posset stare, sed etiam proficere.

ARTIC. III.

An Adam habuerit omnes virtutes.

Conclusio est affirmatiua.

D. Th. 1. p. q. 95. art. 3. D. Bon. d. 29. art. 3. q. 1. Biel d. 29. q. 1. Dur. d. 29. q. 2.



ERTIO quæritur: vtrum Adam habuerit omnes virtutes. Et vñ, q̄ non. Ait. r. Philosophus in 10. Ethic. Deos maxime suspicari sumus beatos, & felices esse: Sed quales actiones attribueret eis debemus? iustas ne? sed ridiculi sanē viderent cōmutates, &c. nec fortes, quia eis nulla sunt terribilia: nec liberales, quia eis nō cōpetit habere numismata. cū ergo oīa ista possint verificari in Adā pro illo statu: vñ, q̄ in eo nō fuerint aliq̄ virtutes.

10. Eth.
Nicom. c. 10

Præterea virtutes cōiter sunt circa passiones, quia sunt moderatrices passionū, sed in Adā nullæ erāt passiones, quia nō sentiebāt pruritum carnis: erant. n. nudi, & non erubescabant: ergo &c.

Præterea aliquæ virtutes non solum respiciunt passiones, sed etiam respiciunt malum aliud: vt mansuetudo est contra malum, quod sibi infertur: fortitudo contra timorem, qui sibi posset accidere: sed ista non poterant esse in Adam, quia in illo statu nullum timorem habuisset, nec aliquod malum sustinuisset: ergo &c.

Præterea aliqua virtus est in aliquo propter peccatum, quod commisit, vt pœnitentia. sed tunc non poterat committere peccatum, nisi mutaret statum: ergo &c.

Præterea quædā virtus est circa cognitionem enigmaticā, ut fides, sed Adā tunc cognitionē claram, non enigmaticā habebat: ergo &c.

Aegid. super ij. Sent. Kk 3 Sed